

Universitätsbibliothek Wuppertal

Symbolarvm Libri XVII. Qvibvs P. Virgilii Maronis Bvcolica, Georgica, Aeneis ex probatissimis auctoribus declarantur, comparantur, illustrantur

**Vergilius Maro, Publius
Augustae Vindelicorum, MDIC**

Liber IX. Ad quartum Aeneidos

Nutzungsrichtlinien Das dem PDF-Dokument zugrunde liegende Digitalisat kann unter Beachtung des Lizenz-/Rechtehinweises genutzt werden. Informationen zum Lizenz-/Rechtehinweis finden Sie in der Titelaufnahme unter dem untenstehenden URN.

Bei Nutzung des Digitalisats bitten wir um eine vollständige Quellenangabe, inklusive Nennung der Universitätsbibliothek Wuppertal als Quelle sowie einer Angabe des URN.

[urn:nbn:de:hbz:468-1-322](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:468-1-322)



SYMBOLARVM
IN P. VIRGILIVM MA-
RONEM LIBER IX.

Ad quartum Aeneidos.

SYNOPSIS.



Liquidò satis ex narrationibus antegressis cognouit regina, qualem quantumq; virum hospitio accepisset: nempe quo nihil nobilius, bellicosius, laborum tolerantius, atque ut paucis comprehendam verbis, omni virtutis laude cumulatius, atque insignius. Quare tota in eius amorem abiens, non se tenuit, quin eundem apud Annam sororem singularibus verbis extolleret, ac de voluntate matrimonij cum eo coniungendi liberè confiteretur, nisi perpetuae viduitatis obligata Sichæo fides, consilio huic aduersaretur. Verùm Anna, callida scæmina, ipsa quoque in Æneam mirè propensa, pluribus argumentis animum Didonis labefactat, & ad negligendam iurisiurandi religionem, obtentu, & spe amplissimorum cõmodorum allectat. Tamen ne quid temere, & dijs inconsultis agere videantur, templa adeunt, vota concipiunt, hostias maectant: quæ omnia mulieri amorum blanditijs iam tum inescata, furentiq; prodesse quid poterant? Ex eo veniebat, ut Troianum circumducens, suas ei molitiones, operaq; eximia, & regalibus instituta sumptibus demonstraret: ut eius neq; aspectu expleri, neq; sermonibus satiari posset: ut peruigilaret: ut adificationes interruptas pendere sineret. Hoc odorans, vel potius manifestè cernens Juno, ut Æneam in Africa retineret, Troianorumq; fata ad nihilum caderent, nec aliquando exorirentur Romani, qui Carthaginem ipsius clientam excinderent, pacem Veneri astutè offeri, & ad nuptias eam inter Æneam, Didonemq; approbandas cohortatur. Venus clauum clauo, ut aiunt, ac simulationem simulatione ludens, sibi eius desiderium haud displicere predicat, modò Jupiter auctor fiat. Id curæ sibi futurum Juno pollicita, quo pacto, dum venationi uterque dant operam, ambos in eandem speluncam per causam imbris, ac tempestatis cogere, ibiq; rei conjugalis initia expedire meditetur, enuntiat. Apparatus venatorius, ipsaq; venatio depingitur. Confertur ad rem Junonia machinatio. Atque is dies, quæ deinceps consecuta sunt, malorum, puta, cruciamentorum animi ob discessum Æneæ, insanissimarum motionum, quibus assidue tanquam fluctibus tunderetur, ipsius denique voluntariæ necis, quam sibimetipsa consciscere voluit, principium, & ἀρχὴν quædam fuit. Cœpit enim iam non occultè ut antea, sed palàm agere Dido, seseq; pro Æneæ coniuge legitima palàm gerere, & illum pro vero marito habere, haberiq; velle. Per uniuersam Libyam fama percrebrescit, & Iarbas Getulorum rex, quem illa se ambientem reiecerat, aduersus Æneam aduenam stomacho & iracundia effervescent: cum Jove de imposta sibi, ipso conuiuente, iniuria expostulat. Mittitur Mercurius,

Mercurius, qui Æneam ex Africa in Italiam ad res maiores, Jovis nomine discedere iubeat. Imperata Mercurius faceſcit. Æneas certus parere mandatis celeſtibus, quam oratione, quo colore, & artificio reginam nihil huiusmodi ſuſpicantem aggreſſatur, haud diſpicit: vocat duces ſuos, edicit, uti negotium tacitum habeant, diſſimulanterq; ad profectionem naues inſtruant: ſe, ubi opportuniffimum fore iudicaverit, reginam compellaturum. Illam paulò ſagaciorẽ, res clandestinis agitata conſilijs minimè latet, quid agatur intelligit, furit, Æneam verbis durioribus pro perfido, ingratoq; inſectatur: ſed ad extremũ humillimis eum precibus rogat, obteſtaturq; ne ſe deſertam velit. Æneas crimen hominis beneficiorum oblitum amolitur, abiturum, Jovis iuſſa proferens excuſat: aliter ſe facere citra impietatem non poſſe. Rurſus per impotentiam animi, inhumanitas & immanitas ei obijcitur: qui nec precibus, nec lacrymis emolleſcat: adduntur minæ grauiſſimæ: collapsam præ deſectioe animi dominam pedeſequæ ſubleuant, & in thalamum reportant. Troiani naues deducunt, onera inferunt, ad nauigandum ſe accingunt. Regina experitur omnia, & adhuc germanam, quam ſciebat præcipuum familiaritatis locum apud Æneam tenere, ſupplicatum mittit. Fruſtra: nam heros in ſententia perſiſtit immobilis. Aliquot futuræ mortis omina recenſentur. Tandem (vide quò res euadit) ſeſe manu ſua interficiendi conſilium capit. Sorori mandat, in ædibus interioribus pyram extruat, monumenta ab hoſpite relicta ſuperimponat, quò ijs crematis, ipſa amore ſoluatur: ita enim faciendum veneficam Maſſylam ſuaſiſſe. Sed longè aliud meditabatur miſeranda mulier. Rurſum fluctuat animo, de indulto hoſpicio dolet: ſororem, à qua in fraudem acta ſit, malis verbis obiurgat. Monetur per quietem Æneas, proficiſci maturet, ne à Carthaginenſibus ipſi periculum creetur. Diſcedentes aſpectans Dido, multa per ſæmineam leuitatem, & amentiam effutit, Troianos deteſtatur, & quid non malorum imprecatur? Barcen anum arceſſitum ſororem ablegat, ipſa interim rogam conſcendit, illic in gladium ab Ænea fortè relictum moritura incumbit. Urbs tota infelicem caſum lamentatur. Accurrens Anna capillum vellit, genas unguibus carpit, ſemet accuſat, cuius culpa huc peruentum ſit.

Hic liber omnium ab omnibus, etiam à veteribus, elegantiffimus eſt habitus, & eum præ cæteris crebrò fuiſſe in manibus hominum Romæ, teſtatur Ouid. lib. 2. Trif.

Nec legitur pars vlla magis de corpore toto,
Quàm non legitimo fœdere iunctus amor.

In quo Virgilius ingenium oſtendit maximè, dum naturam effrenem veſani amoris in ſæmina nobili ſpectandam nobis tanquam in ſpeculo exhibuit, effecitque, ut ab eo honeſtatis ſtudioſæ mentes maiori ope abhorrerent: hunc etenim fuiſſe eius ſcopum, petitum ex communi conſilio, ſeu fine poetarum, ſatis apparet. Ebrietas dicitur illa quidem inſania voluntaria: ſed impermiſſus amor magis hoc ipſum dici poteſt. En, quæ introducta eſt lib. 1. ſæmina grauis, verecunda, prudens, caſta, quæ inſtabat operi, regnisq; futuris, quæ labores iuſtis partibus diſtribuebat, populo ius dicebat, quæ (ut ſim breuis) perſonam regiam præclare tuebatur, in hoc quàm eſt ſui diſſimilis? Adeone homines immutarier ex amore, ut non cognoſcas eundem eſſe? inquit Terentius. Prudenter item ac veriſimè Plutarchus in ἐρωτικῶ. Sicut Romæ Dictatore creato, reliqui magiſtratus abdicant omnes: ſic quos Amor dominus inuaſit, liberi, & manumiſſi, tanquam ſacris addicti, ſerui poſtmodum degunt. Totum librum percurrere, quæq; dixerit, quæq; fecerit expende: diſces, opinor, euidentiffimè qualis carnifex ſit amor, qui non modò urat, & diſcruciet animum: ſed corpus ſimul tabefaciat, adeoq; interficiat. Quot enim amantes, quaſo, non alijs ſolum & manibus, & ſine manibus, ſed ſibimet quoque ſuis ipſorum manibus necem attulerunt? Cognoſces etiam, quàm verum dixerit Ouidius, Non bene conueniunt, nec in vna fede morantur Maietas, & amor. Tria ſunt admiranda in hoc libro: poetæ ingenium, amoris vis, & tyrannis, Æneæ conſtantia, qui, quanquam aliquid humanum paſſus, tamen deinde nullis fletibus

fletibus mouetur, nullis blanditijs emollitur, quò minus ad dei voluntatem, arbitriumq; fingat animum suum, & actiones dirigat: quem virum in aspernandis mulierum malarum sollicitationibus par est nos imitari. Perutile fore arbitror, propter rerum similitudinem his nostris at-
texere, quæ de materia, & scopo huius libri, de eiusdemque præstantia, & utilitate ab homi-
nibus bene doctis doctè scripta iam pridem legisse memini.

Maphæus Vegius lib. 1. de pueror.

educat. cap. 18.

Tota Æneis summa Philosophia: mysteria sub poeticorum figmentorum ornamento habet abscondita: quæ nisi ad alia edisse-
renda vocemur, forte attingeremus. Sed illud saltem, quod ad rem, de qua agitur, pertinet, non omitemus. Nam cum Virgilius
sub Æneæ persona virum omni virtute præditum, atque ipsum nunc in aduersis, nunc in prosperis casibus demonstrare voluerit: ita
per Didonem fœminas etiam, quibus vitam rationibus instituire deberent, vel præmio laudis, vel metu infamiae, ac tristissimi demum
interitus, omni illa sui poematis editione admonere studuit. Quæ nam enim audiens illam condendis tantæ molis mœnibus intentif-
simè vacantem, iurâq; & leges populis iustissimè moderantem, marito etiam extincto fidem ac pacta tori conseruantem, cum summa
laude sua, & veneratione, finitimorumq; omnium timore, non eius exemplo moueatur, atque ad virtutis studium magnopere incen-
datur? Contrà verò, intelligens noui eam hospitis amore insanientem, ab extructione vrbs, gubernationeq; populorum cessantem, lu-
sibus tantum, & conuiujs indulgentem, derelictamq; ab amante demum, dolentemq; & affligentem sese, deperditâq; omni spe, mor-
tem etiam vltro sibi consciscentem, non animo conquassetur, non extereatur, non contremiscat? non pudicitiam, licet austriorem,
malit amplecti, quam blandiorem libidinem? cum huius fructus tandem amarissimi, illius semper suauissimi habeantur. Operæ præ-
tium autem est videre, quàm ne petulanti vnquam vel verbo, vel sententia in horum descriptione prudentissimus poeta vsus fuerit,
quàm honestissimè, modestissimèq; singula explicauerit: nisi fortè, quod summæ laudi illi attribuendum est, quis dixerit, ita eum af-
fectus furentis fœminæ expressisse, vt expressius nihil dici, aut cogitari possit. Virgilius itaque, ac cæteri, qui eadem scribendi vestigia
obseruarunt, ab optimis & doctissimis quibusque meritò commendati, susceptiq; sunt, quod eorum carminibus virtutem sequi, vi-
tiaq; fugere maxime doceamur: licet sub figmentorum quorundam velamento, quod ornandi magis, illustrandiq; poematis causa est
adinuentum. *Hactenus Maphæus. Nunc ex alio quodam eruditissimo viro de utilitatibus libri huius dissertationem accipe.*

M. Antonius Maioragius

præfat. in IV. Æneid.

Cum omnes huius auctoris libri sint utiles maximè, hic profectò quartus, quem nos interpretandum suscepimus,
omnium utilissimus est. Nam præterquam, quod nos id vitium fugere docet, quod omnes pane mortales illaqueat,
& in maximos errores, maximâq; scelera inducit (quot enim ob turpes amores facinora perpetrantur, quot amicitia-
rum violationes, quot contentiones, quot cades?) etiam artem quandam orationis mirificam in se habet, quam, vt spero,
vobis notam faciam: & ita graniores illos affectus concitat, vt D. ille Augustinus, vir sanctissimus, cum Didonis que-
relam legeret, lacrymas se continere non potuisse fateatur. Quid de Philosophicis quæstionibus dicam, quibus vndique
liber hic scatur? quæ quamuis obscura, & ab ipsa natura inuoluta videantur, spero tamen me tam apertè illas declara-
turum, vt etiam ij, qui primas tantum litteras attingerunt, eas præclare intelligant. Idem ead. præfat. de ordine in hoc
libro seruato hæc habet. Ut aliorum librorum ordinem præmittam, quid hoc quarto libro magis ordinatum? vbi
per gradus quosdam sanus ille puer, qui Cupido dicitur, pudica matronæ mentem expugnat. Non enim illi statim ob-
scenam voluptatem proponit, ne turpitudinis facies eius conatum infringat: sed Æneæ virtutem, & nobilitatem, &
pulchritudinem ostentat: quæ omnia admirata Dido, sororem suam Annam alloquatur, & Æneam quidem prædi-
cet, sed tamen fidem Sichæo datam frangere se nolle dicat. Verum Anna multis rationibus ostendit, vtile Didoni fore,
si sese Æneæ coniunxerit: quibus verbis animum iam incensum inflammanit, atque ita paulatim tantum effecit, vt
occasionem in spelunca naçta, pudorem omnem exuerit. Deinde cum Æneas discessurus esset, quid non effecit, quid
non tentauit Dido, vt eum, si quo modo fieri posset, in Africa retineret? Sed tandem postquam nullam spem sibi super-
esse vidit, de consciscenda sibi morte cæpit cogitare. Hic est ordo pulcherrimus, atque naturalis.

Idem 4. Æneid. interpretaturus.

Cum in omnibus operibus suis Virgilium admirabilem, ac verè diuinum (siquidem diuinitatis nomen poetæ sibi vendicant)
esse semper iudicari, tum in Æneidos suæ libro quarto se ipsum etiam vicisse, atque omne ingenium suum, artem, & doctrinam suam
ostentasse, facile quibus paulo doctior intelligere potest. Quàm enim ingeniosè, quam artificiosè, quam doctè in eo vires amoris in-
dicat? Quid ad graues illos Didonis affectus, & ad amoris impotentiam ostendam hoc Virgiliano poemate fieri potest illustrius, aut
evidentius? In eadem oratione sub finem, complures causas enumerat, quare Virgilius Æneam suam, quem tanquam aliquod insigne
probitatis, & sapientiæ exemplar nobis proposuit, amoris tamen laqueis irretitum fuisse vellet.

Scalig. Poet. lib. 5. cap. 6. & Nascimb.

In hoc libro perscribendo, sunt qui Virgilium tertium Argonauticon Apollonij expressisse contendunt, in quibus
est potissimum Seruius. Sed hoc parum probabile, vel potius impudens mendacium habendum est. Non enim argu-
mentum conuenit, nisi in hoc solo, quod amauit hospitem Medea: at vniuersæ orationis contextus longè alius est. Sanè
paucula quedam, vna videlicet & altera comparatio in hunc librum ex Apollonio deriuata apparet, quedam ex Euri-
pidis Medea, Hippolyto, alijsq; tragædijs: non nulla etiam ex s. Odys. vbi de Calypsone Homerus verba facit: vnde
totum ferè huius libri argumentum effictum esse videtur, etsi alia est prorsus rerum verborumq; series. Itaque fit, vt
nullus auctor certus afferri possit, quem hic noster potissimum fuerit imitatus. Credendum igitur, poetam nostrum huius
libri argumentum sibi quidem finxisse, sed varijs ex auctoribus varia, quæ ad illud ornandum facerent, collegisse.

EXPLA-



AT regina graui iamdudum faucia cura,
VVLNVS ALIT VENIS, ET CÆCO CARPITVR IGNI.
Multa viri virtus animo, multusq; recurſat
Gentis honos: HÆRENT INFIXI PECTORE VVLTVS,
5 Verbaq;: nec placidam membris dat cura quietem.

AT REGINA GRAVI) Summo artificio hunc librum poeta superiori annectit. Nam cum Aeneas finem dicendi fecisset, quod optimè exposuit poeta, cum ait, *factoq; hic sine quieuit*, non erat omittendum, quin reginae mentio fieret: quamobrem ita subsequutus est, *At regina graui, &c.* Ac si dicat, Aeneas quidem quiescebat, at Dido magnis amoris perturbationibus agitabatur, lege quæ sequuntur. Nascimb.

GRAVI IAM DVD. SAUCIA CVRA) Lucret. lib. 4. *Idq; petit corpus mens unde est faucia amore.* Idem. *Venerus qui telis accipit ictum.* Id est, qui amat, qui amore saucius est. Ennius Medeam amore sauo fauciam dixit. Quare autem tam graui cura faucia Dido? quare flammis intimis correpta? Ob id, quod statim legis, ob virtutem viri. Tantum? & vultum illius, & verba: quorum utrumque, ut & virtus, recurſabant, & obuersionantur eius animo, eamq; & sauciabant, & inflammabant magis amore, partim laudabili: virum quippe strenuum cur non amaret? partim reprehendendo, quia eundem contra fidem Sichæo datam, iam tum pro marito habere, ac retinere meditabatur: & ita pudorem extinguere, quo sidera se adijſe postea confitetur. Animaduerte, quam verè ille summus vir, & Hebræorū decus Philo, Comment. in illud, *Respirat Noe*, scriptū reliquerit. Quem admodum, inquit, vis ignis tantisper dum materia caret, quiescit, qua accedente, incenditur: sic quæ sunt in anima potentia, spectantes virtutem, aut vitium, extinguuntur, destituta, ut dixi, opportunitatibus: fortuitis autè excandescunt occasionebus. Sed notandum, quod poeta fœminam hanc fauciam venis ait esse, & igne quidem carpi, sed cæco, id est, occulto. Nam plaga hæc non est foris, sed intus: ac proinde non externa illa, & vsitata pharmacopœorum, sed alia quædam medicamenta requirit, ut sanetur. Nam rectè apud Ouidiū Apollo Medicus de semet lib. 2. Metamorph.

*Heu mihi quod nullis amor est medicabilis herbis,
Nec profunt domino, quæ profunt omnibus, artes.*
Adscribam præterea insignem locum, & ad rem valde opportunum è Propert. lib. 2. Eleg. 4.

*Non hic herba valet, non hic nocturna Cyteis,
Non per Medea gramina cocta manus.
Quippe ubi nec caussas, nec apertos cernimus ictus,
Unde tamen veniant tot mala, ceca via est.
Non eget hic medicis, non lectis mollibus ager:
Hic nullum cali tempus, & aura nocet.*

VVLNVS ALIT VENIS) Iure vulnus amor, quando quidem Cupidini arcus, & tela tribuuntur. Propert. lib. 2. eleg. 12.

*Et merito hamatis manus est armata sagittis,
Et pharetra ex humero Gnosia utroq; sonat.
Antè ferit quoniam, tui quam cernimus hostem,
Nec quisquam ex illo vulnere sanus abit.*

Tibull. lib. 1. eleg. 7. *Te quoque si certo puer hic concusservit arcu.* Noster item hoc eod. libro, *tacitum vivit sub pectore vulnus.* Lucret. lib. 1. *eterno deumctus vulnere amoris.* Theocritus Cyclope. *ἐγθισον ἔχων ὑποκάρδιον ἔλκος Κύπειδος ἐκ μεγάλης*, infestissimum sub corde vlcus,

A seu vulnus habens à Venere. Vulnus & ignem venustè unico verbo iuncto comprehendit in amoris significatione Lucianus in Afino, *αυείκων τερῶμα ἔχων*, inquit. Etiam sacri scriptores his metaphoris, sagittarum, & vulneris in diuini illius amoris significatione multum, & crebrò vtuntur. D. August. in psal. 56. super illud, *Dentes eorum arma & sagitta.* Illi (Iudæi) sagittas malas: ille (Christus) bonas. Nam habet & ipse sagittas bonas, verba bona, unde sagittet cor fidele, ut ametur. Idem in psal. 119. Super versum, *Sagitta potentis acuta.* Sagittæ potentis acutæ, verba dei sunt. Ecce iaciuntur, & transigunt corda: sed cum transfixa fuerint corda sagittis verbi dei, amor excitatur, non interitus comparatur. Nouit dominus sagittare ad amorem: & nemo pulchrius sagittat ad amorem, quam qui vero verbo sagittat: immo sagittat cor amantis, ut adiuuet amantem. Quin sacrosanctæ litteræ hoc faciunt. Non semel legas de his vulnerib; in illo mystico, ac dulci carmine, quod Cantica Canticorum appellatur. *Vulnerata charitate ego sum.* Iterum, *vulnerasti cor meum, seror mea, sponsa: vulnerasti cor meum.*

ET CÆCO CARPITVR IGNI) Catullus Epithalamio.
*Ille non minus atque tu
Pectore vritur intimo:
Flamma sed penita magis.*

Cyrus apud Xenophontem affirmat ignem adurere homines, qui eum tangunt, presentes scilicet: amorem nō præsentem modò, verum etiã longè distantes incendere. Vide Pieriū lib. 46. in Facibus. Prorsus initio huius libri, id est, quinque primis versibus è regione quodam modo respondent Catulliana illa ex carmine de nuptijs Pelei, & Thetidis. Sic enim de Ariadne, & Theseo.

*Nec prius ex illo flagrantia declinauit
Lumina, quam toto concepit pectore flammam,
Funditus atq; imis exarsit tota medullis, &c.*
Vide infra ad illud, *Solane perpet. marens carpere iuuetæ?* Horat. eodem plane sensu, *quam lentis penitus macerer ignibus.*

MULTA VIRI VIRTVS) *Παείσσωσις* est viri virtus, quem ornatum orationis captauit etiam Cicero in Miloniana, ut animaduersum est à doctis. Non vnus viri vires, atque opes iudicentur. Item, cum vi vis illata defenditur. Si minus fortissimi viri virtus grata omnibus cecidisset.

In amore virtutem esse aliquo numero, nec omnino obtusos habere aculeos, quidquid hic interpret molitur, auctor Euripid. in Androm.

*φίλησον δὲ καὶ τὸ δὴ ἢ τὸ κάλλος ὃ γύναι,
ἀλλ' αἰρεταὶ τέρπεισι τὸς εὐνευέτας.*

German.
ANIMO RECVRSAT) subinde, siue identidem pulsatur, percutit animum. vsus est hoc verbo Lucret. lib. 2. de atomis disputans.

*Paucula quæ porro magnum per inane vagantur,
Et cista dissiliunt longè, longèq; recurſant.*

HÆR. INFIXI P. VVLTVS) Ouid. in declaratione amoris sui aduersus Atticum, lib. 2. de Ponto, eleg. 4.

B* Antea

*Ante meos oculos praesto est tua semper imago,
Et videor vultus mente videre tuos.
Seria multa mihi tecum collata recordor:
Nec data incundis tempora pauca iocis.
Sape cita longis vise sermonibus hora:
Sape fuit breuior, quam mea verba, dies.*
Vtuntur hac voce Latini in numero multitudinis, pro
singulari. Cic. ep. lib. 12. Vultus tuos mihi expressit om-

nes. Et lib. 2. de Orat. vultus omnes aduersarij diligenter
perspiciendi. Virgil. lib. 1. *notos pueri puer indue vultus.*
NEC PLACID. M. DAT. C. QUIET.) Contra Georg.
3. *nec somnos abrupit cura salubres.* Vide locum ad fi-
nem libri. Et hoc ipso lib. infra, *At non infelix animi
Phoenissa, nec unquam soluitur in somnos, &c.* Hic pla-
cida quies, alibi placidus sopor. *Nox erat, & placidum
carpebant fessa soporem Corpora per terras.*

Postera Phœbea lustrabat lampade terras,
Humentemq; aurora polo dimouerat vmbra:
Cum sic vnanimem alloquitur male sana sororem.
Anna soror, quæ me suspensam infomnia terrent?

10 QVIS NOVVS HIC NOSTRIS SVCCESIT SEDIBVS HOSPEs?

Quem sese ore ferens? quam forti pectore, & armis?
Credo equidem (nec vana fides) genus esse deorum.
DEGENERES ANIMOS TIMOR ARGVIT. heu quibus ille
Iactatus fatis? quæ bella exhausta canebat?

15 Si mihi non animo fixum, immotumq; sederet,
Ne cui me vinclo vellem sociare iugali,
Postquam primus amor deceptam morte fefellit:
Si non pertæsum thalami, tædæq; fuisset,
Huic vni forsan potui succumbere culpæ.

20 Anna (fatebor enim) miseri post fata Sichæi
Coniugis, & sparfos fraterna cæde penates,
SOLVS HIC INFLEXIT SENSVS, ANIMVMQVE LABANTEM
IMPVLIT. agnosco veteris vestigia flammæ.

25 SED MIHI VEL TELLVS OPTEM PRIVS IMA DEHISCAT,
Vel pater omnipotens adigat me fulmine ad vmbas,
Pallentes vmbas Erebi, noctemq; profundam:
Antè pudor quàm te violem, aut tua iura resoluam.

ILLE MEOS, PRIMVS QVI ME SIBI IVNXIT, AMORES
ABSTVLIT: ille habeat secum, seruetq; sepulchro.

30 Sic effata, sinum lacrymis impleuit obortis.

POSTERA PHOEBEA LVST. LAMP.) Eandè senten-
tiam continent duo illi versus Lucret. lib. 2. de ortu solis.
*Sol etiam summo de vertice dissipat omnes
Ardorem in partes, & lumine conferit arua.*
Qui exempla requirit ortus dici à poetis expressi, inue-
niet infra in hoc libro, ibi,
*Et iam prima nouo spargebat lumine terras,
Tithoni croceum linquens aurora cubile.*

Lucretio nona lampas, est nonus dies. Sic namq; in de-
scriptione pestis ait, *Aut etiam nona reddebant lampade
vitam.*

MALE SANA) Hoc epitheton, ijs qui amant, dant
poetæ Latini, imitatione Græcorum, qui amantes κα-
κῶς φρονήτας sæpe dicunt: & Plato in Phædro, καὶ δὲ ἀν-
τοὶ ὁμολοῦσι νοσεῖν μάλλον ἢ σωφρονεῖν, καὶ εὐδαιμόνῃ τῇ κακῶς
φρονήσῃ; ἀλλ' ἢ δύνασθαι αὐτῶν κελεῖν. German. * Aduer-
bium hoc malè, cum adiectiuus additur ἰταυτικῶς apud poetas (&
additur frequentissimè) habet vim ἀρνητικῆς ἢ εἰρηλικῆς μορῆς, idem-
quæ valet quod, non, vel, in, vel quippiam adhuc amplius. Male-
sanus est non sanus, vel insanus. Malè casta mulier, est impudica,
malè doctus indoctus, vel etiam indoctissimus. idem de cæteris di-
ctum esto.

SVSPENSAM INSOM. TERRENT.) Lege, si lubet,

B quæ ex Macrobio transcripsimus ad illum versum è
sexto, *Sed falsa ad calum mittunt infomnia manus.* Est au-
tem planè in calce libri. Verum est illud Lucretij lib. 4.

*Et cui quisq; ferè studio deninctus adhaeret:
Aut quibus in rebus multum sumus ante morati:
Atq; in quaratione fuit contenta magis mens:
In somnis eadem plerunq; videmur obire.*

Vide locum, & ibid. commentar. Lambin. Fertur &
poematium Petronij Arbitri de somnijs, quod ob ele-
gantiam adscribimus.

*Somnia, quæ mentes ludunt volitantibus vmbis,
Non delubra deum, nec ab aethere numina mittunt,
Sed sibi quisq; facit. nam quum prostrata sopore
Languent membra quiete, & mens sine pondere ludit,
Quicquid luce fuit, tenebris agit. oppida bello
Qui quatit, & flammis miserandas sauit in vrbes:
Tela videt, versasq; acies, & funera regum,
Atq; exundantes profuso sanguine campos.
Quin caussas orare solent, legesq; forumq;
Et pauido cernunt inclusum corde tribunal.
Condit avarus opes, defossusq; inuenit aurum.
Venator saltus canibus quatit. eripit vndis,*

Aus

Aut premit eversam periturus nauita puppim.
Scribit amatori meretrix, dat adultera munus.
Et canis in somnis leporis vestigia latrat.
In noctis spatio miserorum vulnera durant.
 NOST. SVCC. SEDIB. HOSPE) Catull. de nupt.
Nec malus hic celans dulci crudelia forma
Consilia, in nostris requiesset sedibus hospes.

QVAM FORT. PECT. ET ARMIS) Principio statim non solum hærent infixi pectore vultus, sed etiam *Multa viri virtus animo recurvat.* Ex quib⁹ poeta intelligi vult, Didonem masculam fœminam, non tantum forma Æneæ, quantum virtute impulsam ad amandum. Certum est enim, sepe virtutem, & illam animi pulchritudinem magis, quam corporis præclaram speciem, amorem propter eximiam pudicitiam multo magis, quam venustatem, placuisse mulierum amatoribus, ac proinde eorum infidias pertulisse. Quod de fœminis erga viros affirmari similiter potest. Sic Theseum Ariadna, sic Iasonem Medea, aliæ alios diligere cœperunt. Et id quoque fictis quibusdam historijs verum esse comprobatur. §

CRED. EQ. GEN. ESSE DEOR.) Credo, Æneam dijs oriundum. Tanta apparet hominis virtus, vt credam diuino semine procreatum.

DEGEN. ANIM. TIM. ARG.) Arguere hic est demonstrare. Sic Horat. Ode II. Epod.

— *Conuiuiorum & pœnitet,*
In quois amantem languor & silentium
Arguit, & latere petitus imo spiritus.
 Et Ode 13. lib. I.

— *humor & in genas*
Furtim labitur, arguens
Quam lentus penitus maceret ignibus.

Ciceroni insimulare, reprehendere, & accusare significat, atque etiam Maroni in II. *meque timoris Argue tu Drance.* Vt autem Virgil. *Degeneres animos timor arguit,* non dispari admodum sententia Stat. I. Thebaid. *nam vos Haud humiles tanta ira decet.* §

QVIBVS ILLE IACTAT. FATIS) quia terris iactatus, & alto per septem ætates, vt est in fine I. Æneid. In 3. Anchises. *nate Iliacis exercite fati.*

QVÆ BELLA EXHAUST. CAN.) Euripid. non modò *ἐξαντλεῖν πολέμους, κινδύνας,* sed & *γῶνας* dixit. Plato in Epitaph. *ἔτος μὲν πάση τῇ πόλει διηβλήθη ὁ πόλεμος.* German.

ANIMO FIX. IMMOVTVMQVE SED.) Lib. 2. *Sedet hoc animo.* Lib. II. *omnia secum Versanti, subito vix hac sententia sedit.* M. Tull. pro Muræna. Dixisti quippe, iam fixum, & statutum est. Ad Att. lib. 8. ep. 22. Et simul scito labare consilium meum, quod iam satis fixum videbatur. Academ. 4. Decretum non solum nõ esse falsum, sed etiam stabile, fixum, ratum esse debet. E. Qui sedent, euerti difficulter possunt: & quæ fixa sunt, clavis præsertim, moueri nequeunt. Probe igitur ad rei immobilitatem, constantiamque declarandam hæc duæ voces adhibentur. §

ME VINCO SOCIARE IUGALI) Apud Latinos vsus erat, vt noua nupta, sponsusq; iugum pariter subirent, vnde Iuno iugalis dicta, quasi æquissimo iure, & concordibus animis inuicem necerentur, societasque, & communicatio vitæ coita foret. Ex Seruio Alex. Neapol. lib. 2. cap. 5.

PRIMVS AMOR DECEPT. MORT. FEFEL.) Participia breuitatem afferunt orationi, verbo iuncta, hoc modo, ambulans doceo, in ambulo, & doceo. Vide

A Prisc. lib. II. Postquam primus amor deceptam fefellit, id est, decepit ac fefellit. Horat. lib. 3. Ode 14.

Unico gaudens mulier marito,
Prodeat iustis operata diuis.

Prodeat, & operetur. Lucret. lib. I. *Interdum rapido percurrens turbine campos Arboribus magnis sternit.* Percurrit, & sternit. Et rursus. *deceptaq; non capiatur,* decipiatur, vt non capiatur. Apud Græcos nihil frequentius. Gifan. in Lucret.

SI NON PERTÆS. THALAMI) Plaut. Mostellar. *Ita me ibi male conuiuij sermonisq; pertasum est.* Cic. lib. I. Epist. ad Q. F. *Pertasum est enim leuitatis.*

HVIC VNI SVCCVMB. CVLPÆ) Digamia apud Ethnicos quoque infamis fuit, propter suspicionem intemperantiæ, ac libidinis. Itaque apud Romanos quæ, viris mortuis, secundis nuptijs abstinebant, ijs coronam, pudicitia signum gestare in publico licebat. Cum apud Portiam Bruti vxorem mulier quedam, vt bene morata laudaretur, quæ tamen secundum inuierat matrimonium, respondit illa: *felix ac pudica matrona non nubit nisi semel.* Non sustinuit eam in bene moratis numerari, quæ citra necessitatem se alteri viro iungeret: quasdam enim id facere necessitas compellit, quæ proinde non sunt felices. Nubere autem coitus gratia tantum, non est pudicarum. Non male igitur Dido iteratas nuptias culpam vocauit, quæ cum ab Iarba rege in coniugium peteretur, nec se illius vim effugere posse arbitraretur, in ardentem sese rogam conijcere, quam nubere maluit. Quamquam aliud finxit de castissima muliere noster Virgilius. Adamus his Tertulliani dictum ex lib. 2. ad vxorem. Nam quanto grandis est continentia carnis, quæ viduitatem ministrat, tanto, si non sustineatur, ignoscibilis videri potest: difficilium enim facilis est venia. Idem libro de Pudicitia sic habet de secundis nuptijs. Incontinentia incontinentiæ necessaria est, incendium ignibus extinguitur. Vide etiam, si placet, Rhodigin. lib. 28. cap. 22. Mulierem quandam nobilem cui vitio dabatur, quod iterum nupserat, vide quomodo defendat. Plin. epist. 18. lib. 8.

Culpæ, inquit Seruius, propter antiquum ritum, quo repellentur à sacerdotio bis nuptæ. Certe & nunc quoque in iure Pontificio, qui secundo vxorem duxit, aut viduæ se matrimonio addixit, omnibus exiuit clericorum priuilegijs, nec ad sacerdotij dignitatem admittitur. Valer. lib. 2. Olim quæ vno matrimonio contentæ fuerant, corona pudicitia honorabantur: multorum matrimoniorum experientiam, legitimæ cuiusdam intemperantiæ signum credebant: vbi Valer. legitimam intemperantiæ vocat secundas nuptias. Tacitus item est auctor, lege apud Germanos secundas nuptias mulieribus prohibitas fuisse. German.

SPARSOS FRAT. CÆDE PEN.) Propert. lib. 2. *Spargereq; alterna communes cæde penates.* De ista cæde Venus lib. I. ille (Pygmalion) *Sichæum Impius ante aras, &c.*

ANIMVMQVE LABANT. IMPVLIT) impellendo labare fecit, siue labascere, ne se penitus victam fateri videatur.

AGNOSCO VET. VEST. FLAMM.) Flammam vocat illum coniunctionis appetitum, quem deus cunctis animantibus ideo inseruit, & quidem ardentissimum, vt ea ratione propagati, & multiplicari genera possent. Homini autem vehementiorem fecit hanc cupiditatem, atq; appetentiam duabus de caussis, quarum posterior mirifice conuenit cum sequentibus reginæ verbis, quæ

ex magna sine dubio illius virtute, castitateq; videntur procedere. Vel quia hominum multitudinem voluit esse maiorem: vel quoniam virtutem soli homini dedit, vt esset laus, & gloria in coercendis voluptatibus, & abstinentia sui. Lege, si vacas, reliqua apud Lactant. lib. 6. cap. 23. ex quo ista mutuati sumus. Flamma vetus illa est, de qua lib. 1. Venus.

Huic coniux Sichæus erat, ditissimus agri Phœnicum, & magno misera dilectus amore.

Refrixerat pectus Didonis iam pridem, & sopitus erat ignis ille maritalis, qui nunc reuiuiscere incipit: recalciscit animus.

VEL TELL. PRIUS, ANTE) Prius, & ante particulas geminavit non necessariò, cum altera satis esset ad sententiam. ita quoq; Homerus *πρὶν* interdum geminare solet. Turneb. lib. 26. cap. 5.

MIHI TELLS IMA DEHISCAT) Tamesti Dido, vt audiemus, nò diu mansit in forti illo, dignitatisq; pleno proposito: sed facillè inde & sororis suasu, & amoris illecebris deiecta est. Alias præterea sententias græcas, huic germanas producit ex poetis Victor. lib. 26. cap. 9.

Cic. lib. 9. Epist. ad Att. Aberit non longè, quin hoc à me decerni velit, neq; sit contentus Galba, Scæuola, Cassio, Antonio. *τίτῃ μοι χάρις ἐνρεῖα χθόν. tellus ipsa mihi tunc ampla dehiscat.* Hemistichium est ex 4. Iliad. Lucianus in Lapithis. *ἡγὲ τὸτο δὴ τὸ ἔλεγε, χαρὲν μοι τὴν γῆν ὑπὸ χθον.* Id est, iamq; illud, quod vulgò dici solet, optabam, vt mihi terra dehiscat. Chiliad.

ANTE PVD. QVAM TE VIOLEM) Apostrophe, & profopopœia venustiore orationem reddit. Vir quidam approbè doctus legit modo indicatiuo, *violo*, quomodo locutus est Cicero Philipp. 1. Antequàm de repub. dicere incipio. Sallust. Iugurth. sed priusquam huiusmodi rei initium expedio. Rursum Cic. in som. Scip. Grates tibi ago summe Sol, quod priusquam ex hac vita migro. Si igitur huic lectioni subscribimus, quæ reijcienda non videtur, legendus erit hic versus hoc modo, vt etiam vltimi verbi modus commutetur. *Antè pudor quam te violo, aut tua iura resoluo.*

ILLE MEVS PRIM. QVI ME. S. IVNX.) Eò laudabilior viduarum, quam virginum castitas, quò difficilior: quamquam haud idcirco nobilior. In virginibus, inquit Tertullianus ad vxorem lib. 1. integritas solida, & tota sanctitas de proximo visura est faciem dei. Tamen vidua habet aliquid operosius: quia facile est non appetere quod nescias, & auersari, quod desideraueris nunquàm. Gloriosior est continentia, quæ ius suum sentit: quæ quid viderit, nouit. Poterit virgo facilius haberi, at vidua laboriosior. Illa, quòd bonum semper habuit: ista, quòd bonum sibi inuenit. In illa, gratia: in ista, virtus coronatur. Quædam enim sunt diuinæ liberalitatis, quædam nostræ operationis. Quæ à domino indulgentur, sua gratia gubernantur: quæ ab homine captantur, studio perpetrantur. Hæc ille.

Hinc non apud Christianos modò, verùm gentiles quoque tantopere laudatæ sunt, quæ iterare matrimonium noluerunt. Et eius rei suasores sunt disertissimi, Tertull., quique ex eo vindemiam fecit, D. Hieronymus. Ille, in libris ad vxorem, Exhortatione castitatis, de Monogamia: hic, epistolis ad Furiam, Geron-tiam, contra Iouinianum, &c. Ad Saluinam quidem ita

Anna refert. O luce magis dilecta sorori,
Solane perpetua mœrens carpere iuuenta?
Nec dulces natos, Veneris nec præmia noris?
ID CINEREM, AVT MANES CREDIS CVRARE SEPVLTOS?

Esto,

Ascribit. Tu quæ in tumulto mariti sepeliuisti omnes pariter voluptates, quæ litam purpurisso, & cerussa faciem, super feretrum eius diluisti, pullam tunicam, nigrosq; calceos candidæ vestis, & aurati focci depositione sumpisti, nihil necesse habes, nisi perseuerare in ieiunio: pallor itaq; & sordes gemmæ sint: plumæ molities iuuenilia membra non foueat: balnearum calor sanguinem non accendat: audi Didonem apud Virgilium secundas nuptias recusantē, *Sed mihi vel tellus, &c.* Laudat Marcellā quæ Cerealis cōsulis secundas nuptias recusauit. Blesillam quæ adolescentula 20. annorū, septimo à nuptijs menle orbata viro, ita doleret, vt magis amissam virginitatem, quàm mariti deploraret interitū. Laudat item lib. 1. in Iouinianum fœminas complures ethnicas, quæ primis maritis noluerunt superuiuere.

Tertull. quoque fœminis Christianis exprobrans incontinentiam, exempla aduersum eas Romana, & in ijs Didonem hanc nostram producit. Exurget regina Carthaginis, & decernet in Christianos: quæ profuga, & in alieno solo, & tantæ ciuitatis cum maximè formatrix, cum regis nuptias optasse debuisset, ne tamen secundas eas experiretur, maluit è contratio vri, quam nubere. Assidebit & illi matrona Romana, quæ etsi per vim nocturnam nihilominus experta alium virum, maculam carnis suo sanguine abluit, vt monogamiam in semetipsam vindicaret. Fuerunt & quæ post viros nubebant idolis: his certe monogamia & viduitas apparet. Fortunæ muliebri coronam non imponit, nisi vniura, sicut nec matri Matutæ. Pontifex max. & Flaminica nubunt semel. Cæceris sacerdotes viuentibus etiam viris, & consentientibus, amica separatione viduantur. Sunt & quæ de tota continentia iudicent nos, virgines Vestæ, & Iunonis Achaicæ, & Dianæ Scythicæ, & Apollinis Pythii. ** Veteres illi Christiana religioni magistri, & interpretes, quòd erant omnium virtutum, & sanctimoniam amantissimi, dehortabantur homines ab iterando connubio: quamquam neq; secundas, neq; tertias dampnarent nuptias: qui enim poterant? Id ipsum alijs quoq; de causis faciebant, quas qui soluerit, ex Patribus supra nominatis, & alijs præterea petat.*

Notat Nascimb. honestissimè, & admodum verecundè dixisse Didonem, non, cui ego iuncta fui, seu cui nupsi: sed, *qui me sibi iunxit.* Quasi ad dictum Spartanè illius nouæ nuptæ, & iuuenulæ respiceret, quæ interrogata, an iam cum viro suo rem habuisset: non, inquit, sed ille mecum.

SINVM LAC. IMPL. OBORT.) Mirè naturam ac morem verecundantis mulieris exprimit, quæ quòd verbis explanare erubescit, lacrymis indicat. Nascimb.

Sinus hic pro concauitate oculorum Turneb. accipit: alij pro vestibus: vt Homer. Odyss. η. *εἴματα δ' αἰεὶ Δάκρυσι δαίεσκον.* Alij ἀντὶ τῶν κόλπων, vt, *δαίεοντο δ' ἀκρυσὶ κόλποι.* Certè Græci quoq; κόλπος tam pro concauitate illa, quæ est inter brachiorū & pectoris cōplexum, quàm pro vestibus ipsis accipiunt: in quem sensum si consentiemus, vberiores amantis reginæ lacrymarum fluxus videbuntur, quam si Turnebi sequemur sententiam: nam non temere epigr. 3. poeta *γλυκὴ δάκρυον ἔρωτα* vocat, & *πολύδακρυον.* German. *τὰ ἐγκοιλὰ τῶν ὀφθαλμῶν κόλποι καλόν,* inquit Pollux, ὁ *πρὸς τοῖς βλεφάροις πρὸς δεξιῶν.* Eam oculorum cavitatem à Virgilio sinum appellari crediderim, quam in sententiam vadit & Seruius. Turneb. lib. 24. cap. 26.

- 35 Esto, ægram nulli quondam flexere mariti,
 Non Libyæ, non antè Tyro despectus Iarbas,
 Ductoresq; alij, quos Africa terra triumphis
 Diues alit: placitòne etiam pugnabis amori?
 Nec venit in mentem, quorum confederis aruis?
 40 Hinc Getulæ vrbes, genus insuperabile bello,
 Et Numidæ infræni cingunt, & inhospita Syrtis:
 Hinc deserta siti regio, lateq; furentes
 Barcæi, quid bella Tyro surgentia dicam,
 Germaniq; minas?
 45 Dijs equidem auspiciis reor, & Iunone secunda
 Huc cursum Iliacas vento tenuisse carinas.
 Quam tu urbem soror hanc cernes? quæ surgere regna
 Coniugio tali? Teucrûm comitantibus armis,
 Punica se quantis attollet gloria rebus?
 50 Tu modò posce deos veniam: sacrisq; litatis,
 Indulge hospitio, caussasq; innecte morandi:
 Dum pelago desæuit hyems, & aquosus Orion,
 Quassatæq; rates, & non tractabile cælum.

O LVCE MAG. DIL. SORORI) In blandimentis est, mea lux. Cic. ad Terentiam, Hem mea lux, meum desiderium. Mitto poetam. Satis igitur blandè lucem suam vocasset Didonem Anna, & fuisset satis sororium. Verum callida femina quam significantissimè exordiri voluit, ut miseram sibi quam conciliatissimam redderet, cui, ut ipsa t (lux enim pro vita sepe) sibi chariori consilium datura fidelissimum videretur. Iam huic orationi, qua sorori connubium suadet, & quidem Æneæ, magnanimi, ac nobilissimi viri connubium, gemina est quodammodo illa apud Statium in Epithalamio, qua fingitur Venus Violantillæ virgini suadere, Stellæ in amplissima familia nati adolescentis matrimonium. Sunt autem versus hi:

*Tunc ipsam solo reclinem affata cubili:
 Quonam hic usq; sopor, vacuiq; modestia lecti,
 O mihi Laurentes inter dilecta puellas?
 Quis morum, fideiq; modus? nunquamne virili
 Submittere iugo? veniet iam tristior ætas.
 Exerce formam, & fugientibus utere donis.
 Non ideo tibi tale decus, vultusq; superbos,
 Meq; dedi, viduos ut transmittere per annos,
 Ceu non cara mihi. Satis è, nimiumq; priores
 Despexisse procos: at enim hic tibi sanguine toto
 Deditus, unam omnes inter miratur, amatq;
 Nec forma, nec stirpis egens,*

& quæ sequuntur. §

PERPET. MOER. CARP. IVVENT.) Id est, paulatim senescas, minueris, tabesces. Seneca Hercul. Fur. *Prima qua vitam dedit hora, carpit.* Catull. ad Mall. *Illamibi sedes, illic mihi carpitur ætas.* Id est, sensum senesco. Translatio est vel à fructibus, & floribus, vel à lanificio. Ex Lamb. in Horat. * *Nec lac lactis tam simile, quam huic loco ille apud Senecam in Hippolyto, Sibi impura anus Phadra nutrix corrumpere iuuenis castissimi conatur animum. Et puto Senecam hinc paraphrasin quandam facere voluisse. Principium hoc est, a. 7. 2.*

Sed tu beatis mitior rebus veni:

Namq; anxiam me cura sollicitat tui, &c.

NEC DVLCE NATOS) Georg. 2. *Et tota in*

A dulces consumunt vbera natos. Æneid. 2. Nec dulces natos, exoptatumq; parentem. Liberos parentibus magnum esse solatium, atque oblectamentum, potissimum autem adhuc teneros, nemo nescit. Id ipsum significare voluit admiratione sua Cæsar Iulius. Admirabatur autem, ut Plutarchus auctor est in Pericle, cum vidisset Romæ quosdam peregrinos & diuites canum catulos, & simiarum circumferre, & confouere gremio, habereque in delicijs. Num, inquit, feminae apud istos non pariunt pueros? Laudat hanc admonitionem Plutarchus, quasi dixerit, natiuam & insitam nobis charitatem, indulgentiamq; & hominibus seu liberis nostris debitam, non esse adhibendam bestijs: & longe decentius, atque elegantius foueri gremio, & gestari in vlnis puerulum, quam catellum, aut simiam. §

VENERIS PRÆMIA) Legitimæ, & concessæ Veneris præmia sunt liberi, quorum procreandorum causa institutum à deo matrimonium. Quod inde dictum, quia feminae eo matres fieri debent. Sed cum prius vocarit dulces natos, aptè mox præmia nominat: est enim in præmio iucunditatis quedam significatio, imò & honoris. Et ita generasse liberos non solum iucundum est parentibus, sed etiam honorificum: siquidem sterilitas, & infecunditas probro quodam, & dedecore non carent. Sed mulieres etiam, quam viri liberorum generandorum cupidiores cernuntur, & est earum maximum, præcipuumq; munus, ut aiunt Iureconsulti, concipere, ac tueri conceptum. Da mihi liberos alioqui moriar, dicebat Rachel Iacobo Patriarchæ. §

CINER. AVT MAN. CRED. CVR.) Terent. *Id populus curat, scilicet.* Seruius Sulpit. in consolatoria super obitu Tullia ad M. Ciceron. Quod si quis etiam inferis sensus est, illa certè hoc te facere non vult. Ad homines omni metu, & religionum nodis exsoluendos nihil melius, quam tollere inferos, quod quidam Philosophi fecerunt, & videtur hic Anna facere. §

ESTO, ÆGRAM NVLLI) Esto, concessiois particula, ut Græcè εἶπε, & εἶν. Sic lib. 12. *Cum iam conubijs pacem felicibus, esto, Component.* Lucret. lib. 4. *Sed*

tamen esto, iam quantois oris honore, Cic. lib. 2. de finib. A dicuntur, Terent. *Quid si hoc quispiam voluit deus?* Esto, fecerit, si ita vis, Torquatus propter suas utilitates. Gifan.

TYRO DESPECTVS IARBAS.) Id est, contemptus à Tyro, & per denominationem, à te Tyria muliere. Non enim assentior Seruio, qui Iarbam facit Tyrium, quem è Trogo, & hoc 4. libro constat Afrum fuisse. Turneb. lib. 23. cap. 3.

Versus hic, *Non Lybia, non antè Tyro despectus Iarbas* malè inter punctus, & distinctus, multos decepit. Duas ergo periodos puncto interposito distinguo. In priore, poeta de procis, qui mariti esse cuperent, in genere loquitur. In altero, descendit ad speciem, & ad exēpla: quamquā vnum tantum habuit, quem nominaret. Quia verò Dido vidua exposita est prius Tyri, deinde post fugam in Libya, ordinem temporum, & locorum poeta per hoc aduerbium *antè*, porrigit. Sic igitur intellige totum locum. Egram, tristem, & lugentem propter Sichæum à fratre trucidatum, nulli quondam flexere antè mariti Tyro, pro, Tyri vel in Tyro. Hic puncto periodum termino, & alteram incipio. Despectus est à te Iarbas, & despecti ductores alij, &c. Modicius cap. 31. * *Hac interpunctione, & explanatione nihil serui. Eandem distinctionem vidit Passeratius apud German. Neq; enim seruis simile esse, Iarbam Didus ambuisse matrimonium, cum illa adhuc esset in Vrbe Tyro.*

PLACIDONE ETIAM PVGNAB. AMORI) Quoniam eras ægra animo adhuc propter amissum Sichæum, & displicebat tibi secundum matrimonium, non iniuriam procos illos recusasti, seu spreuisti. Nunc quoniam hunc virum propter virtutem amare cœpisti, & ille solus inflexit animum tuum, si repudiasti quod non placebat, non debes auersari, & reijcere quod tanto opere placet. Vides vafritiem? *

NEC VENIT IN MENT. QVORVM) Lilius lib. 8. Non venit in mentem pugnae apud Regillum lacum? ET NVMD. INFRANI) Silius lib. 1. quod Virgil. Numidae infrani, dixit, *Numidae gens inscia frani.*

LATE QVE FVRENT. BARCAEI) Non de nihilo à Marone scriptum est, *late furentes Barcaei*, quod olim plurimum in Africa potuerint, vt & Cyrenæi: & in re militari floruerint. De ijs ita Æneas scribit: *κρηναίους, καὶ βαρκαίους λέγει, καὶ ἀλλὰ τινὰς πόλεις τὰς ἀμαθηνλάτους τὰ ὄρη, καὶ μακρὰς ἐπὶ συναείδων, καὶ ζευγῶν βοῦθειν.* Sed & Sophocles in Electra eos equitatu valuisse, & currus ad sacra Græciæ certamina misitisse dicit. Nam cū dixisset, *δὴν ἄλβους ζευγῶν ἀρμάτων ὄψεται*, subiungit infra, *Μέτωπα συμπλάσαι βαρκαίους ὄχοις*: vtrumque tamen poetam non crediderim temporum incorruptam secutum fidem, quod existimem nondum Troianis temporibus Barcarum opes floruisse: sed ceterioribus & recentioribus, Græcosq; eos, & Cyrenæos esse numeratos, ideoque ad ludos Græcorum admissos. Turneb. lib. 22. cap. 26.

QVIBELLA TYRO SVRG.) Terrorem amplificat ab expectatione aliorum malorum, quæ à Pygmalione fratre impendebant, propter thesauros, quos Dido fugiens secum asportauerat. Hoc insinuabat lib. 1. respondens Troianis, *Res dura, & regni novitas*, &c.

DIIS EQVID. AVSPICIB.) Ad nuptiarum auspices puto allusum, de quibus vide Alex. Neapolit. lib. 2. cap. 5. & ibidem Tiraquell.

Felicem faultumque hunc Troianorum aduentum esse conijcit ex præiudicijs deorum, præsertim Iunonis, quæ & vrbi Carthagini, & coniugij præest: eo enim videtur alludere: quoniam non absque auspicijs nuptiæ fiebant. Hac accedit, quod quæ præter spem vltro obtingunt, ea diuinitus prouerbio veteri fieri

IVNONE SECVNDA) beneuola, propitia. Præfider autem Iuno sacris maritalibus. Infra, *cui vincla iugalia curra.*

QVAM TV VRBEM SOROR) A spe amplissimorum commodorum, & summæ dignitatis. Si cum Ænea tam forti, ac strenuo viro matrimonio copulaberis, tuas res primò collocabis in tutissimis. Deinde habebis regnum armis, & opibus florentissimum, vt vel amico prodesse possis, vel inimicum perdere, cum summa gloria. Locum hunc æmulatus videtur Statius Achilleid. lib. 1. vbi Neptunus ita ad Thetidem Achilli suo timentem, propter bellum Troianum, quod imminabat,

*Quem tu illic natum Sigæo in puluere? quanta
Aspicias victrix Phrygiarum funera matrum?
Cum tuus Æacides tepido modo sanguine Teucros
Undabit campos, modo crassa exire vetabit
Flumina, & Hectoreo tardabit funere currus.* *

POSCE DEOS VENIAM) Poscere veniam dici solebat in deorum veneratione ab antiquis, quo verbo aliquid sibi à dijs concedi petebant. Sensus ergo est, pete à dijs, vt concedant, atque adeo da operam rei diuinæ, deosque precare: id enim ex parte significat. Simile est illud Cic. pro Rabir. ab Ioue pacem, veniamque peto, precorq;.

SACRIS QVE LITATIS) Inter sacrificare, & litare hoc interest, quod illud, est veniam petere: hoc, propitiare, & votum impetrare, ait Nonius, laudans hunc ipsum locum, & illum è Plauto, quem mox proferemus. * *Itaq; illud, posce deos veniam, referendum erit ad ipsum sacrificium, vt sensus sit, sacra facito, sacrificia: sacrisque litatis, ad ipsorum extorum perfectionem, hoc sensu: & feliciter peracto sacrificio, vbi exta votis responderint, & spes est, indulge hospitio, &c.*

Veruntamen *sacris litatis* hic nihil aliud est, quam simpliciter hostijs, siue victimis ritè immolatis. Neque enim cū suaderet Anna deos poscendos esse veniam, certa fuit eos exoratum iri, & in extis læta fore, & secunda. Seruij commentatio non apta ad hunc locum, qui sacris litatis pro dijs litatis esse dictum existimat. Litare deos nemo dixit, qui latinè locutus est: litare sacra, litare hostias, pro, ritè immolare, & offerre frequentissimum est. Sueton. Othone cap. 8. Nam & Diti patri victimas cæfas litauit, cum tali sacrificio contraria exta sint potiora. Propert. lib. 4.

*Parua saginati lustrabant compita porci,
Pastor & ad calamos exta litabat ouis.*

Cicero quoq; hoc modo vsus videtur passim in diuinat. Cum enim, inquit, tristissima exta sine capite fuerunt, quibus nihil videtur esse dirius, proxima hostia litatur pulcherrima. Gellius. Si hæ res diuinæ factæ, ritèque perlitatae essent, haruspices dixerunt, omnia ex sententia successura. Videtur igitur verbum, litare, quoties sibi casum accusantem rei adsciscit, habere, quam dixi, significationem. Vbi verò minimè, tum demum idem esse, quod Græcis est *καλλίπεπτος*, quod euidens est ex illo Plauti.

*Si hercle istud vnquam factum est, tum me Iupiter faciat
Ut semper sacrificem, neq; vnquam litem.* (ciat Victor Gifel. in Prudent.

Adijciam carptim de hoc verbo ex Formul. Brisson. lib. 1. cap. 28. Cum bona exta nuntiata, deos placatos, & propitios indicabant, promittebantq; ijs ppitijs bene ac feliciter euenturum, quod aggrediebantur, seu in animo habebant, qui sacrificauerant, tum litasse dicebant: Litare enim Macrobius lib. 3. cap. 5. explicat, sacrificio facto placare numen. Vnde & litationem propitiatio-

pitiationis, idem dixit lib. 1. in som. Scip. cap. 8. Plaut. A
 Pœnul. Lycus narrat, se dijs suis iratis, sex agnos immo-
 lasse, nec potuisse tamē propitiā Venerem sibi facere:
 & quoniā litare nequibat, iratum se discessisse. Sueton.
 Nerone cap. 56. Ante paucos quam periret menses, at-
 tendit & extispicijs, nec vnquam litauit. Spartian. in Di-
 dio Iuliano, rem diuinam facienti, ne litaret optarunt.
 Liuius lib. 27. per dies aliquot hostias maiores sine lita-
 tione cæfas narrat, diuq; non impetratam pacem deūm.
 Idem vocabulo huic *litare*, interdū aduerbia hæc, *egre-
 giè*, & *prospere* adiungit. Quod si primis hostijs litatum
 non esset, aliæ cedebantur, quoad perlitaretur. Hæ ho-
 stia, quæ quasi piaculi luendi gratia, in priorum locum
 substituebantur, succidantæ appellabantur, vt Gell. lib. B
 4. cap. 6. tradidit.

DVM PELAGO DESÆVIT HYEMS) Desæuire, & ex-
 sæuire, est sæuire desinere. Liuius. Consulem Claudium
 atrox tempestas adorta, in metum ingentem adegit. Po-
 puloneos inde cum peruenisset, stetit ibi, dum reliquū
 tempestatis exsæuaret, Lucan. *Nec, dum desæuiat ira Ex-
 spectat.* Alias tamen pro ἀγχιαινεσθαι. Columella lib. 6.
 cap. 2. Patere vnum diem, noctemq; desæuiant. Tran-
 quill. in Nerone, & cum affatim delæuisset, conficere-
 tur à Doryphoro liberto. German.

Quatuor causas videtur asserre, quibus retineri
 possit Æneas: sed eæ ad duas redigi possunt. Prima est
 hyems, quo anni tempore non datur nauigare, propter
 crebras, & graues tempestates videlicet. Altera, naues
 fractæ & laceræ, quibus reficiendis ac reparandis vtiq;
 tempus non ita breue concedendum est. ♪

HIS DICTIS INCENSVM ANIMVM INFLAMMAVIT AMORE,

55 Spemq; dedit dubiæ menti, soluitq; pudorem.

Principiò delubra adeunt, pacemq; per aras

Exquirunt: maectant lectas de more bidentes

Legiferæ Cereri, Phæboq; patriq; Lyæo:

Iunoni ante omnes, cui vincla iugalia curæ.

60 Ipsa tenens dextra pateram pulcherrima Dido,

Candentis vaccæ media inter cornua fundit:

Aut ante ora deūm pingues spatiatur ad aras.

Instauratq; diem donis: pecudumq; reclusis

Pectoribus inhians, spirantia consulit exta.

65 Heu vatum ignaræ mentes: QUID VOTA FVRENTEM,

QUID DELVBRA IUVANT? est mollis flamma medullas

Interea, ET TACITVM VIVIT SVB PECTORE VVLVVS.

INCENS. AN. INFLAM.) Alludit ad proverbum, C
 Igni igne addere, siue, oleum camino. Iam ante flagran-
 tem amorem, multo vehementius accendit. Nempe quia
 facile est, eò animū propellere, quo sponte sua inclinat.

SPVMQVE DED. DVB. MENTI) Nuberet nec ne
 incertæ, & religione ictæ, quam foror illi ex animo ex-
 cussit, vt diuos, & mariti manes minus sibi eo nomine
 infestos fore speraret. Si enim dij etiam videntur ad-
 monere, neque sensus vllus rerum nostrarum ad mor-
 tuos peruenit, quid reliquum est, nisi vt violato voto
 appetitui obediat, & pudorem posthabeat? Montfort.

DELVBRA ADEVNT) Delubra veteres dicebant
 templa fontes habentia, quibus ante ingressum dilue-
 bantur, & appellata delubra à diluendo. Ipsa nunc sunt D
 ædes cum sacris fontibus, in quibus fideles regenerati
 purificantur. Isid. lib. 15. cap. 4.

PACEMQVE PER. AR. EXQVIR.) Etiam pacē
 petebant, non modo veniam, cum sibi placatos opta-
 bant deos, propitiosq; Pacem hic accipio gratiam, nō
 contrariam bello, vt infra lib. 10. *Sin sine pace tua, atq;
 inuito numine Troes Italiam petiere, luant.* Et Lucret.
 lib. 5. *Non diuūm pacem votis adit.* German.

LECTAS DE MORE BIDENT.) Eximia pecora di-
 cuntur, quæ à grege excepta sunt ad vsus dominorum
 suorum, vt vberius pascuntur. Sed propriè eximij sunt
 porci maiores, qui ad sacrificandum excepti, liberius
 pascuntur. Etenim boues qui ad hoc electi sunt, egregij
 dicuntur, & oues lectæ. Donatus in Hecyram, produ-
 cens hunc ipsum locum.

LEGIF. CERERI. PHOEB. PAT. LYÆO) Ideo
 sacra sunt Cereri, Phæbo, Baccho, vt opinor, quod
 cum urbem fundaret Dido, leges erat datura, quarum

Cinuentio tribuitur Cereri, cognomēto ea de causa θεο-
 μοφροφ. In cuius rei memoriam Eleusinia sacra instituta
 in Græcia fuerunt, quæ mytheria vocabantur. Nec te-
 mere Bacchi mentionem facit, cum iisdem in sacris au-
 gustissimè, religiosissimèq; cum Cerere coleretur, vt ex
 auctoribus Græcis constat. Phæbo autē ob auspicia, &
 auguria, quibus domi & militiæ respub. regitur, rem di-
 uinam facit Dido. Turneb. lib. 24. cap. 20.

Diodorus lib. 1. cap. 2. Osiris est Bacchus, Isis ve-
 ro Ceres. leges quoque Isidem statuisse ferunt, quibus,
 iustitia æquè ab hominibus seruaretur, vi atque iniuria
 pœnæ timore sublatis. Hac de causa prisca Græci Isidem
 legiferam appellarunt, tanquam primam legum inuen-
 tricem. Idem. lib. 5. *ὡς ἄξιον δὲ ἀρχαίων,* &c. Id est.
 Non est autem prætereundum huius deæ (Cereris) im-
 mensum beneficium. Nam præterquam quod frumēt-
 um inuenit, etiam eius subigendi rationem docuit, &
 leges dedit, quibus iustitiam colere didicerunt. Atque
 ob hanc causam dicūt eam legiferam esse nominatam.
 His autem beneficijs nullum maius reperiri potest. Nā
 & viuendi, & bene viuendi rationem continent.

IUNONI ANTE OMNES, CUI VINCLA) Quod præ-
 sideret matrimonijs, siue nuptijs Iuno, dicta est ab anti-
 quis pronuba, quomodo eam Virgilius quoq; hoc eo-
 dem libro nominat. Ouid. epist. Phyllidis. *Iunonemq;
 toris qua præsidet alma maritis.* Et epist. Medææ. *Conscia
 sit Iuno sacris præfecta maritis.* Ab hac potestate, varia illi
 cognomenta. *Opigina*, quod parientibus ferret opem.
Vnxia, quod sponsa domū mariti ingrediens, prius po-
 stes oleo, axungia, vel adipe lupino inūgeret, vnde vxo-
 res, quasi vniores. *Cinxia λυσίζων*, quæ nuptæ nouæ cin-
 gulū solueret, seu cinguli solutionē fortunaret. *Iuga seu
 iugalis*

iugalis quod nuptias iungeret. Vide supra. *Nec cui me vellem vincolo sociare iugali.* Iugæ Iunonis ara fuit Romæ in vico, qui ideo Iugarius dictus est, ut Festus ait. Scribunt alij, quod ad hanc oram veteri ritu nubentes vinculis iungebantur, in omen futuræ concordiæ. Græce ζυγία dicitur. Latine, *Socigena, Interduca, Domiduca.* Vide plura apud Delrium Comment. in Medeam Senecæ, & Gyrald. in Iunone. 15

CAND. VACCÆ MED. INT. CORN. FVND.) Mos veteribus fuit, uti capitibus stantium sub ictu, cultroq; victimarum, vinum infunderetur. Hunc eundem indicant duo illi versiculi, quorum auctor Euenus, in caprū vites depascentem.

Κῆν με φάγης ὅτι πίζαν, ὅμως ἔτι καρποφορήσω,
Ὅσον ἔσπασται σοι τετραῖ δυομένω.

Eos sic. Fast. reddidit Ovidius.

*Rode caper vitem, tamen hinc cum stabis ad aras,
In tua quod fundi cornua possit, erit.*

Quomodo verò Græcos παρωδικῶς Romani in Domitianum Cæsarem detorserint, legendi Sueton. & Polit. cap. 26. *Candentis vacca.* Chorus primus apud Senecam Medea, canens Iasoni, & Creulæ Corinthiorum regis filia epithalamium, & de sacrificijs faciendis memorans,

*Primus sceptriferis colla tonantibus
Taurus celsa ferat tergo candido,
Lucinam niues fœmina corporis
Intentata iugo placet.*

ANTE ORA DEVM. P. SPAT. AD ARAS) Dicit more Romano, quo matronæ ante aras faculas tenentes gestu graui, saltationemque seueram, & verecundam imitante mouebantur, & ferebantur. Quod Horatium intellexisse puto, cum in Arte scribit, *Vt festis matrona moueri iussa diebus.* Sic sensus Horatij enucleatur, non omnibus perinde clarus, atq; illustris. Turneb. lib. 23. cap. 3.

INSTAVR. DIEM DONIS) muneribus, quæ aut dijs offerebat, aut offerebat Tyrijs, vel Troianis. Instaurat autem, quia supra quoque sacrificauerat, *simul Ænean in regia ducit Tecta, simul diuim templis indicit honorem.* Ita Seruius.

PECTORIBVS INHIANS) Ut exploraret, vtrum dij velent huic matrimonio assentiri. Hoc sacrificij genus haruspicina dicebatur, in qua deorum voluntas per exta, hoc est, per hostiatū intestina exquirebatur. Nascimb.

Credebant prauis erratibus imbuti, esse in extis aliquam vim, quæ declararet futura, ex eorumque habitu, colore, & notis pericula, vel commoda significari, denuntiari, & ostendi. Quorum interpretes erant ex Etruria, qui propriè exta consulere dicebantur, cum ea inspicerent. Eiusmodi consultationis illustre exemplū est in Oedipo Senecæ Actu 2. scen. 2. Vide Brisson. Formular. lib. 2.

Sentiunt docti quidam tribrachym pro dactylo poni solere, non solum in tertia sede, verum etiam in secunda. Sic Lucret. lib. 4. *Ater inuit oculos.* Quamquam in illo loco præteriti temporis esse potest, ut sit inuit, pro, inuuit. Et Horat. Ode. 3. lib. 1. *Perrupit Acheronta Herculeus labor.* Idem Sat. 3. lib. 2. *Exclusus qui distat, agit ubi secum erat, an non.* Hæc tamen etiam cæsuris excusantur. Cæsurarum species multæ sunt.

Trebatius lib. 1. de religionibus docet, hostiarum genera esse duo, vnum consultorium, in quo voluntas dei per exta disquiritur: alterum animale, in quo sola anima deo sacratur: vnde & aruspices, animales has hostias vocant. Vtrumque hostiarum genus Virgilius in carmine ostendit. Et primum quidem illud, quo vo-

luntas numinum per exta monstratur, ut hoc loco. Alterum, in quo hostia animalis dicitur, quod eius tantum anima sacratur, ostendit, cum facit Entellum victorem Eryci mactare taurum. Nam ut expleret animalis hostiæ causas, ipso vsus est nomine. *Hanc tibi Eryx meliorem animam pro morte Daretis.* Et ut nuncupata vota significaret, ait *Perfoluo,* quod de voto proprie dicitur: utq; ostenderet perfolutum dijs, significauit dicens, *Sternitur, ex animisq; tremens procumbit humi bos.* Videndum etiam, ne & illam hostiam ostendat animalem Æneid. 2.

*Sanguine placastis ventos, & virgine casa,
Cum primum Iliacas Danaï venistis ad aras,
Sanguine quarendi reditus, animaq; litandum
Argolica.*

Nam & animam, id est, hostiæ nomen posuit: & litare, quod significat, sacrificio facto placare numen. In his ipsis hostijs, vel animalibus, vel consultorijs, quædam sunt quæ hostiæ iniuges dicuntur, id est, quæ nunquam domitæ, ac iugo subditæ sunt. Harum quoque poeta noster sic meminit lib. 6. *Nunc grege de intacto septem mactare iuuenos Præstiterit.* Et ut iniuges euentius exprimeret, adiecit, *& intacta totidem cernice iuuenas.* Macrob. Saturnal. lib. 3. cap. 5.

HEV VATVM IGNARÆ MENTES) Hic sugillant noui quidam Critici Virgilium, quod ex sua persona, contra ius fasq; poetæ exclamauit: id quod ab Homero, inquit, nusquam factum fuisse apparet. Quasi verò nihil fieri possit, præter id, quod Homerus fecit. Sed ausim dicere, nullam hic esse exclamationem, verum potius indicationem quandam cum irrisione in sacerdotibus: qui Didonem non credituram admonuerant. Maior enim est in fœmina amore flagrante vis amoris, quæ religionis: cuius rei non ignarus poeta, iudicium suum adhibuit, sacerdotum incertiam irridens: qui cum multa prænuentia futura, huic coniugali copulæ contraria, non tamen viderant, Didonem nimio Æneæ amore incensam, minimè verbis ipsorum fidem adhibituram. Sed sit, ut reuera est, exclamatio cum irrisione, vnde nam mihi ostendent isti delicatioribus Critici, poetas Epicos ex sua persona exclamare non posse? Quando hac de re Aristoteles, qui multa præcepta in poeticam facultatem tradidit, ne verbum quidem fecit. At Homerus ex sua persona non exclamauit. Quid si hoc alij fecerunt grauissimæ auctoritatis viri? Sed stultum est eos auctoritate magis, quam ratione moueri. Nulla quamobrem id fieri non possit, ratio est. Quod verò fieri possit, ipsa natura, & auctoritas persuadet. Nam cum poeta homo sit, humani nihil ab eo alienum putandum est. Est autem cuiusvis hominis proprium moueri, perturbari, huiusmodique affectibus, varijs in rebus, præsertim duris atque difficilibus affici. Quamobrem effectum est, ut poetæ plurimi cum Græci, tum Latini, atq;

illi quidem non infimæ celebritatis viri, ex sua persona gemuerint, doluerint: præ gaudio, dolore, stupore exclamauerint, Hesiodus, Apollonius, Lucretius, Ovidius, Lucretius, Statius: sed in primis Virgilius, nec iudicio, nec fortasse etiam doctrina Homero inferior: qui tamen animaduertat, Homerum nunquam ex sua persona exclamasse, tamen ipse bis, & sæpius voluit exclamare in 4. hoc Æneid. *Improbe amor, quid non mortalia pectora cogis?*

*Vidit, thuricremis cum dona imponeret aris
(Horrendum dictu) latice nigrescere sacros.*

Et in 7.

*Huius apes summum densa (mirabile dictu)
Stridore ingenti liquidum trans aethera vecta*

Obse-

Obsedere apicem.

Et in 9.

*Fortunati ambo, si quid mea carmina possunt,
Nulla dies unquam memori vos eximet ano.*

Sed quid ego illa recenseo, quæ cuilibet legenti vltro sub oculos venire possunt? Sunt enim non pauca, in quibus non adeo frequens fuisset poeta eminentissimus, nisi illud ex sua persona iure fieri potuisset. At poeta humanas tantum actiones sub aliena persona imitatur. Quid tum? Igitur exclamare ex sua persona non potest: miror profecto, viros doctos in huiusmodi ineptias incidere, & absq; iudicio loqui. Nascimb.

QVOD VOTA FVR. QVOD DELVB. IUVANT)

Putare illi prodesse posse sacrificia, & pro ea deos consulere, quæ cum sacris, & sine sacris statuerat amori se dedere, & cui iam non ratio, sed affectus, & libido dominabatur, erat profecto longe à scopo aberrare. Frustra hæc agebantur omnia, & in speciem tantummodo. Causam iam dictam ipse poeta mox indicat.

EST MOLLIS FLAM. MED.) Catull. ad Cæcil. *ex eo misella. Ignis interiorum edunt medullam.* Et alibi *suus me magnus edebat amor.* Et.

A

*Ut multo mihi maior, acriorq;
Ignis mollibus ardet in medullis?*

Et noster Maro. *Nec te tantus edat tacitam dolor.* Cicero ex Homero. *Ipse suum cor edens, hominum vestigia vitans.* Horat. *si quod, Est animum, differens curandi tempus in annum.* Quod ad vocem *flamma* attinet, sic Horat. Ode 27. lib. 1. *digne puer meliore flamma.* Quæ exempla congeffi, ut magis perspiceretur huius verbi in talibus exprimendis elegantia, inquit Muret. in Catull. Epitheton mollis referri debet ad vocem *medullas*, & est quarti casus numeri multitudinis. German. * *Quod Sates noster dicit de Didone, est mollis flamma medullas, & rursus, vritur infelix Dido, ardorem inquam, istum cerne mihi, quantum cum enargia expresserit in persona Phædra Seneca.*

pectus insanum vapor,
Amorq; torret, intimas sævus vorat
Penitus medullas, atque per venas meat
Visceribus ignis mectus, & venis latens,
Ut agilis altas flamma percurrit trabes.

TACITVM VIVIT SVB. P. VVL.) De vulnere in significatione amoris, vide annotata principio lib. huius, ibi, *Vulnus alit venis.*

Vritur infelix Dido, totaq; vagatur

Urbe furens: qualis coniecta cerua sagitta,

70 Quam procul incautam nemora inter Cressia fixit

Pastor agens telis, liquitq; volatile ferrum

Nescius: illa fuga sylvas, saltusq; peragrat

Diætos, hæret lateri lethalis arundo.

Nunc media Æneam secum per mœnia ducit:

75 Sidoniasq; ostentat opes, urbemq; paratam.

INCIPIT EFFARI, MEDIAQVE IN VOCE RESISTIT.

Nunc eadem labente die conuiuia quærit:

Ilicosq; iterum demens audire labores

Exposcit, PENDETQVE ITERVM NARRANTIS AB ORE.

80 Post, vbi digressi, lumenq; obscura vicissim

Luna premit, suadentq; cadentia sidera somnos:

Sola domo mæret vacua, stratisq; relictis

Incubat: ILLVM ABSENS ABSENTEM AVDITQVE, VIDETQVE.

Aut gremio Alcanium genitoris imagine capta

85 Detinet, infandum si fallere possit amorem.

Non cœptæ assurgunt turres, non arma iuventus

Exercet: portusq; aut propugnacula bello

Tuta parant: PENDENT OPERA INTERRUPTA, minaq;

Murorum ingentes, æquataq; machina cælo.

Vritur infelix Dido) Quare infelix? aut in quo est ista Didonis tam perditæ amantis infelicitas? primum in ipsa hac amoris insaniam. Deinde in his, quæ ipsamet obscurans, & obtestans Æneam ne se deserat, infra distinctè commemorat.

Te propter Libya gentes, Nomadumq; tyranni

Odere: infensi Tyrj: te propter eundem

Extinctus pudor, & qua sola sidera adibam,

Fama prior.

Sed ad hos versus de ardore & furore Didonis adhibeas licet istos ex Hippolyto Senecæ, vbi de Phædra Nutrix in hunc modum.

Spes nulla tantum posse leniri malum.

Finisq; flammis nullus insanis erit.

Torretur astu tacito, & inclusus quoque

Quamvis tegatur, proditur vultu furor.

QUALIS CONIECTA CER. SAGIT.) Didonis amorem amplificat per cõparationem à cerua, telo pastoris vulnerata, quæ uti dolore confecta huc illuc discurrens, stare loco nescit: ita Dido amore faucia huc illuc vagatur, has illasq; ineptias, nulla dignitatis suæ habita ratione, facit. Et sanè huic negotio quam aptissima comparatio esse videtur. Nam Dido telo Cupidinis faucia, ceruæ sagitta pastoris vulneratæ, sylva ciuitati, mobilitas cursusq; ceruæ, Didonis motibus, ineptijs, concursationibusq; comparatur. Nascimb.

C*

Scyllæ

1127

Scyllæ furorem amatorium in Minoa describens Virgilius in Ceiri, non admodum hisce dissimilia canit. Quare locos inter se conferre, fuerit operæpretium.

*Quæ simul ac venis hausit sitientibus ignem,
Et validum penitus concepit in ossa furorem:
Sana velut gelidis Ciconum Bistonis in oris,
Itæne barbarico Cybeles antistita buxo,
Infelix virgo tota bacchatur in urbe,
Non storace Ideo fragrantis picta capillos
Cognita, non teneris pedibus Sicyonia seruans,
Non niueo retinens baccata monilia collo.*

VOLATILE FERRVM) Volatile ferrum dixit etiam lib. 8. *Stupea flamma manu, telisq; volatile ferrum Spargitur.* Lucret. i. iaciatq; volatile telum.

MEDIAQVE IN VOCE RESIST.) *amantium.* Horat. Ode i. lib. 4.

*Cur facunda parum decoro
Inter verba cadit lingua silentio?*

Catull. *lingua sed torpens, ex Sapphonis græco, ἐμοὶ γὰρ ἀνδρῶν ἔδδεν ἔσ' ἦκεν. Ἀλλὰ κερμὴν γλῶσσο' ἔαγε.* Tota oda huc pertinet. Torus verò locus hic ex 3. Apollonij sumptus est, vbi de Medea sic scribitur.

*Μῦθος δ' ἀλλοίε μὲν ὁ ἐπ' ἀνεσίτης ἀνέτελλε
Γλώσσης, ἄλλοτ' ἐνεργε κλάσ' ἔσθ'ος πεπότηλο.
Πολλάκι δ' ἰμαρῆν μὲν ἀνὰ σῶμα δῖον ἐπισπείν,
Φθόγγῃ δ' ὁ περὶ σῶμα παροϊτέρω.*

Sed mirè tot Apollonij carmina vno versu complexus est. Nascimb.

Lipsius Antiquarum lect. lib. i. cap. 13. corrigens versum hunc è Milite Plauti, *Dum te obtinetur, interim lingua, atque oculi perierunt,* è veteribus libris legit, *linguam oculi praeiderunt.* Eleganter. Nam in amore cum oculi cupidè, quod amant, intuentur, non solum mens, sed etiam lingua obbrutescit. Ita fit, vt quasi præcipi, & præcidi verba ab aspectu videantur. Hanc quoque amantium vacillationem, & titubationem in confessione morbi repræsentat his verbis Valer. Aedituus apud Gellium cap. 9. lib. 19.

*Dicere cum conor curam tibi Pamphila cordis,
Quid mi abs te quaram, verba labris abeunt, &c.*

Meminit German. * *Plutarchus in Vita Demetrii, filij Antigonis, qui nefando amore ardebat in nouercam Stratonicem, Sive quid narret. Sententiam Virgilianam his verbis complexus est in Hippolyto Seneca,*

*Sed ora cæptis transitum verbis negant.
Vis magna voeem emittit, at maior tenet.
Vos testor omnes cælites: hoc quod volo,
Me nolle.*

Ouid. alicubi.

*Ter tecum conata loqui, ter inutilis hæsit
Lingua: ter in primo destitit ore sonus.*

DEMENS) Meritò demens. Nam vt Cic. ait in Catione, Impedit enim consilium voluptas, rationi inimica: ac mentis (vt ita dicam) perstringit oculos, nec habet vllum cum virtute commercium.

PENDETQ. ITER. NARR. AB ORE) Pendere ab alicuius ore dicuntur, qui eum diligenter, attentèq; audire volunt. Ouid. epist. Penelopes. *Narrantis conuix pendet ab ore viri.* Sed hic amantis affectus exprimitur: quæ ex ore viri pendebat, nò modo vt eum audiret, verum etiam vt intueretur: *nam oculi sunt in amore duces.* Nascimb.

VBI DIGRESS. LVMENQ. OBSCVRA) Valerius Flaccus principio lib. 7. de Medea, & Iafone.

*Te quoq; Thessalico iam seruis ab hospite vesper
Diuidit, & te iam tua gaudia virgo relinquunt:
Noxq; ruit, soli veniens non mitis amanti.
Ergo vbi cunctatis extremo in limine plantis
Contigit egra toros, & mens incensa tenebris,
Vertere tunc varios per longa insomnia questus, &c.*

A Sensus verborum est. Vbi digressi sunt, qui adesse solebant, qui reginæ apparebant, vnusquisq; nimirum ad habitaculum, seu cubiculum suum: quippe luna premente lumen, nocte diei succedente, sub noctem, cum luna, quæ tenuem lucem fundit, & cuius orbis non est ita lucidus, exoritur.

SOLA DOMO MOERET VACVA) In amplissimo palatio (vacuum enim valet amplum, spatiosum) vbi omnes lætabantur (Troiani, ppter socios receptos, & reginæ beneficentiam: Tyrij, propter hospites gratissimos) sola regina, quia amorem suum apertè confiteri nò audebat, illiq; satisfacere, mœrori se dabat. Nascimb.

STRATISQVE RELICTIS INCVBAT) Ea mihi vis videtur huius vocabuli, vt Didonem significet, more personarum, quæ animi ægritudine somnos ægrè capiunt, & lecto in hanc illamq; partem inquieti iactantur, interdum assurgere quoque è stratis, & cubito, toroque, dum consistere mente, corporeq; nequeunt, incumbere: quale est illud apud Propert. lib. i. *Sic ait in mollis fixa toro cubitum.* & infra nos ter: *Incubuitq; toro, &c.* Stratis autem relictis, vt videatur Dido instabili mentis habitu & statu, relictum lectum post paulò repetere, & in eum se reijcere, ac reuoluere, id est, eidem loco rursus incumbere. German. * *Huc peraccommodati versuculi ex Hippolyto Seneca, vbi Phædra:*

*Non me quies nocturna, non altus sopor
Soluere curis: alitur, & crescit malum,
Et ardet intus, qualis Ætnæ vapor
Exundat antro.*

ILLVM ABSENS ABSENTEM AVD.) Pulcherrima alliteratione amantis affectum ante oculos constituit, *absens absentem auditq; videtq;.* Ita quoq; Ouid. epist. eiusdem Didonis ad Æneam.

*Æneasq; oculis semper vigilantibus hæret,
Æneamq; animo noxq; diesq; refert.*

Sed nemo melius Terentio: qui in Eunuchio Phædrum cum Thaide ita loquentem facit.

*Cum milite isto presens, absens vt sis,
Dies, noctesq; ames me: me desideres,
Me somnios, me expectes: de me cogites:
Me speres: me te oblectes: mecum tota sis.
Meus fac sis postremo animus, quando ego sum tuus.*

Nascimb.

Principio libri dixit, *hærent infixi pectore vultus, Verbaq;.* Sed nunc maius quiddam, id est, maiore quandam affectus impotentia demonstrat, atq; exprimit his verbis, *Illum absens, &c.* Nec inscite dictum est, nescio à quo, amantium animos ibi magis esse vbi amant, quam vbi animant. Omnia illorū verba, vultus, gestus, habitus, incessus, motus omnis semp animis obuersantur. Docuit hoc disertè in Sexto Tarquinio Lucretiæ corruptore Ouid. 2. Fast. nam cum in castra redijisset cū Collatino:

*Carpitur attonitos absentis imagine sensus
Ille, recordanti plura magisq; placent.
Sic sedit, sit culta fuit, sic stamina neuit:
Iniecta collo sic iacuerè coma:
Hos habuit vultus, hac illi verba fuerunt:
Hic color, hac facies, hic decor oris erat.*

INFAND. SI FALL. POSSIT AMOR) Prudenter Seneca in Hipol.

*Qui blandiendo dulce nutriuit malum,
Sero recusat ferre, quod subijt iugum.*

Quod etiam Græci dicunt, *βυκολειν ἐρωτῶν*, id est, solatia quædam, & oblectamenta adhibere, quibus animi ægritudinem ex amore natam leuare possimus, aut quibus animus ab amoris cogitatione auocemus. Horat. sat. 7. lib. 2. fallere curam dixit, *iam vino quarens, iam somno fallere curam.* Ex Lamb.

Optimum autem, longeque certissimum remedium

dium fallendi, seu curandi, ac depellendi potius amoris, obstare principijs, quoniam mala, quæ mora ipsa conualuerunt, medicinam spernunt, vt docet Ouid. lib.1. de Remed.amor. In quam sententiam scripta sunt quoque quæ antecedunt, ista nempe:

Dum licet, & modici tangunt præcordia motus,

Si piget, in primo limine siste pedem.

Opprime dum noua sunt subiti mala semina morbi:

Et tuus incipiens ire resistat equus.

Nam mora dat vires: teneras mora percoquit vnas:

Et validas segetes qua fuit herba, facit.

Quæ præbet latus arbor spatiantibus umbras,

Quo posita est primum tempore, virga fuit.

Tunc poterat manibus summa tellure reuelli:

Nunc stat in immensam viribus aucta suis.

Adde his illa Lucretiana è lib. 4.

Nam vitare plagas in amoris ne iaciamur,

Non ita difficile est, quam captum retibus ipsis

Exire: & validos Veneris perumpere nodos.

Adijciamus his quoque consilium Senecæ ex epist. 69.

Quemadmodum ei, qui amorem exuere conatur, euitanda est omnis admonitio dilecti corporis: nihil enim facilius, quam amor recrudescit: ita qui deponere vult desideria rerum omnium, quarum cupiditate flagrauit, & oculos, & aures ab his quæ reliquit, auertit. Hæc ille. Crates Thebanus amorem aiebat fame sedari: sin minus, tempore. Quod si duo hæc non succederint, ad laqueum esse accedendum. Hanc sententiam quidam festiuo epigrammate includit. Festiuitas & in sensu est, & in illa trium vocum παρηγήσει, nempe λιμός, χρόνος, βεβήχως, quibus tres nostræ, fames, tempus, laqueus, vides quàm non respondeant?

Ἐρωτα παύει λιμός· εἰ δὲ μή, χρόνος.

Ἐὰν δὲ μήδὲ ταῦτα τῆν φλόγα σέσση,

Θεοεργεία σοι τὸ λοιπὸν ἠρτήσῃ βεβήχως.

De ægritudine amoris & viribus, item de remedijs eius ex veterum commentarijs nonnulla congeffit Crinitus lib. 2. cap. 1. & lib. 16. cap. 4. & lib. 21. cap. 14.

NON COEPTÆ ASSVRG. TVRRES, &c. Quantam

90 Quam simulac tali perlenfit peste teneri

Chara Iouis coniux, nec famam obstare furori,

Talibus aggreditur Venerem Saturnia dictis.

EGREGIAM VERO LAVDEM, ET SPOLIA AMPLA REFERTIS,

Tuq; puerq; tuus, magnum & memorabile nomen,

95 Vna dolo diuim si fœmina victa duorum est.

Nec me adeo fallit, veritam te mœnia nostra

Suspectas habuisse domos Carthaginis altae.

SED QVIS ERIT MODVS? aut quò nunc certamine tanto?

Quin potius pacem æternam, pactosq; hymenæos

100 Exercemus? HABES TOTA QVOD MENTE PETISTI.

Ardet amans Dido, traxitq; per ossa furorem.

Communem hunc ergo populum, paribusq; regamus

Auspicijs: liceat Phrygio seruire marito,

Dotalesq; tuæ Tyrios permittere dextræ.

105 Olli (sensit enim simulata mentelocutam,

Quò regnum Italiae Libycas auerteret oras)

Sic contrà est ingressa Venus. Quis talia demens

Abnuat? aut tecum malit contendere bello?

C* 2

Simodò

A fœcordiam, rerumq; negligentiam creet immodicus amor, multis exemplis ostendit Robertus Titius lib. 5. cap. 6. qua quidem ad hos versus, & ad hanc poetæ locum illustrandum accommodatissima sunt, ni fallor. Amoris vbiq; vim, vel potius vitium carpit, quod ab omni negotiorum cogitatione mentes hominum auertit. Sed occulte Didonis muliebrè stultitiam fugillat, quæ amore perdita, ea quæ suæ, ciuiumq; suorum salutis intererant negligere, eosq; inertes ac ignavos reddere videbatur. Tria enim attingit vrbibus conferuandis maximè necessaria, quæ Dido stultè neglexisse videbatur: iuuentutis exercitatione ad arma: portum, ad commoditatem victus: mœnia, turres, & propugnacula ad defensionem vrbis, & populi. Nascimb.

MINÆ QVE MVRORVM INGENT) Hic minæ significant partes illas murorum, in quibus sunt propugnatores, hostibusq; minantur, quæ ad emissionem telorum fenestratae sunt, & παλῆεις ferè à Græcis vocantur. Rufinus in Iosepho, Et desuper eam minæ quidem binis, propugnacula ternis cubitis ambiebant. Iterum. In summo autem propugnaculis, minisq; erat armata. Rursus. Et minas quidem binis cubitis, propugnacula verò ternis habebat. Turneb. lib. 3. c. 14. * Vtrum muris sit cingenda ciuitas, disputari potest. Alcidas Lacedamoniorum dux, rogatus cur eorum vrbis mœnia non haberet, iuuentutem in armis demonstrans, Hæc sunt, inquit, Sparta mœnia. Adversatur item Plato 6. de legibus. Sed visum debent, quicunq; im sentiant. Certe illa xiv. dicitur Sparta à Thebanis, Pelopida & Epaminonda ducibus obsidione labefactata, & quia carebat mœnibus, facillimè occupata est: Alcidas in potestatem adductus, nihil vel sibi, vel patriæ illius, de quibus gloriabatur, muros profuisse docuit. Non impedit virtutem militarem munitio: nec magnitudinis animorum mœnia adversantur. Poterunt enim qui mœnibus vrbes circumdatas habent, nihilominus exire, & quasi vrbis aperta, & immunita sit, manum cum hoste conferere. Murorum destructio pœna loco indicta est saepe ciuitatibus. Sueton. in Galba, cap. 12. Præcesserat de eo fama sauita simul, atq; auaritia, quod ciuitates Hispanorum, Gallorumq;, quæ cunctantibus sibi accesserant, grauioribus tributis, quasdam etiam murorum destructione punisset. Exempla notauit Torrensius apud Thucyd. lib. 1. & 3. apud Liniuum lib. 8. cum ait. In Veliternos, quod toties rebellasset, grauius sauitum, ac muri deieci. Apud Herodianum lib. 3. de Byzantio, apud Appianum in Illyricis de Termisso Vaccarorum. Muros veterum describit Lipsius, docens eos firmos, magnos, altos fuisse, Poliorcet. lib. 3. dial. 5.

Si modò, quod memoras, factum fortuna sequatur,
 110 Sed fatis incerta feror, si Iuppiter vnam
 Esse velit Tyrijs urbem, Troiaq; profectis,
 Misceriue probet populos, aut fœdera iungi.
 Tu coniux, tibi fas animum tentare precando:
 Perge, sequar.

TALI PESTE TENERI) plus longe, quam si dixisset, amore. Et dicitur ex persona, & iudicio poetæ, qui scit illi istam amationem pestem, interitumque allaturam. Sic in *i. pesti deuota futura*. Venenum quoque appellauit eodem libro. Christiani peccata grauiora mortes vocitare solent. ☞

NEC FAMAM OBSTARE FVRORI) Vt nihil aliud, hoc certe Didonem fræna pudoris iam rupisse indicabat, quod famam contemnebat, quam verentur etiam sceleratissimi. Famam multi, inquit Seneca, conscientiam pauci verentur. Dido nostra neutrum, quia semel verecundiæ fines transiit. ☞

TALIBVS AGGREDITVR) Hoc verbo futuræ orationis habitus ostenditur, dolo videlicet, & insidijs plenæ. Est enim aggredi interdum dolose, & insidiosè, hoc est decipiendi causâ quempiam adire. Terent. Phorm. *Ita ne agitis mecum? Satis astute aggredimini*. Verba sunt Phormionis, insidias timentis. Nascimb.

EGREGI. VERO LAVD.) Irridet Venerem Iuno, quod spreto pæne diuinitatis decore, nullaq; eius habita ratione, vnâ cum filio suo Cupidine insidias fœminæ intenderit. Vnde communis etiam indignationis locus deduci potest, qui apud Ciceronem vnaecimus est, quem alij indecentiam, nonnulli in conuenientiam appellant, per quam ostendimus ab eo factum fuisse aliquid, à quo minimè oportebat, vt apud Terent. Eunucho. *Thais factum indecens Chereæ obijcit. Non te dignum Cherea fecisti: nam si ego digna hac contumelia sum maxime, at tu indignus qui faceres tamen*. Nascimb.

Referre laudem, translatio à re militari. Liuius, referre victoriam. Cicero, manubias. Laudem vult Titius lib. 4. cap. 1. hoc loco in deteriorem partem sumi, & esse hanc vocem ambiguae significationis, vt alias nonnullas. Lege, si otium est, totum caput. Sensus erit, turpem, minimè pulchram, inhonestam laudem referretis ex victoria vnius fœminæ, duo diui, quam per dolum vicistis. ☞

VNA DOLO DIVVM SI FEM. V. DVOR.) In singulis verbis est emphasis, & quædam antithesis. Illa, quia iam fœminæ, & deorum fit mentio, duo quædam attinguntur extrema, infimum, & summum, propter quod fœmina deorum insidijs resistere nequit. Hæc, quia vna opponitur duobus, fœmina diuis, dolus victoriæ, & laudi, spolijsq;: non enim dolo vera laus, sed virtute acquiritur. Nascimb.

Imbecillitas muliebris sexus etiam in hoc apparet, quod facile decipitur. Nam vt Anacreon canit, natura τοῖς ἀνδράσιν φρόνημα dedit, prudentiam, non mulieribus. Quare cum ne homo quidem sese iactare possit de in fraudem inducta fœmina, multo minus deus, minimeq; duo dij: quibus tantum abest, vt gloria sit tale facinus, vt etiam ignominia magna sit. Audi Chrysoft. sic scribentem Homil. 23. in Mathæum. Sexus mulierum incautus, & mollis est. Incautus, quia non omnia quæ videt, aut audit, cum sapientia, & ratione considerat. Mollis verò, quia facile flectitur, vel de malo ad bonum, vel de bono ad malum. Idem Homil. 23. in 2. ad Corinth. mulierum ait esse proprium decipi. ☞

Geminum huic Virgil. illud Tibulli, lib. 1. eleg. 6.

*Quid tibi sania mecum est? an gloria magna
 Insidias homini composuisse deum?*

Et quidam in Epigrammat. græcis.

*Τὴ πλέον εἰ θεὸς ἀνδρῶν καὶ ἀφελῆς, ἢ τὶ τὸ σεμνὸν
 Διόσκει ἀπ' ἐμῆς ἀθλον ἔχει κεφαλῆς;*

Muret. in Tibull.

NEC ME ADEO FALLIT) Λανθάνει. Sic verbum fallere sæpissime vsurpat Horatius, pro latere nimirum. Paucis exemplis rem declarabo. Ad Pison. *Nunquam te fallant animi sub vulpe latent es*. Ode 16. lib. 3.

*Pura riuus aque, syluaq; ingerum
 Paucorum, & segetis certa fides mea
 Fulgentem imperio fertilis Africa
 Fallit sorte beator.*

Id est, dominus Africae non intelligit, exiguam meam sortem ipsius opibus esse beatiorem. Ode 15. Epod. *Nec te Pythagora fallant arcana renati*. Ode 3. eiusdem lib. *Num viperinus his cruor Incoctus herbis me fefellit?* Pro eodem Lucret. lib. 1. *Nec me animi fallit, Græcorum obscura reperta*. & 4. *Nec Veneres nostras hoc fallit*. Terent. Heaut. *Nam me fefellit hosce id struere?* Cic. pro Flacco. Multa nos fefellerunt. Et pro Quintio. Non multum me fallit, si cõsularis, quid sis responsurus. Et 1. de Orat. Neq; enim hoc te Crasse fallit, quàm multa sint, &c. Liuius lib. 23. *Nec fefellit Annibalem, suis se artibus peti*. Et lib. 31. *Non fefellit Achæos, quo spectasset tam benigna pollicitatio*. Ex Lamb. in Horat. & alijs.

SUSPECTAS HABVISSE DOMOS) Suspicio, inquit Arnobius lib. 2. est opinatio mentis incerta, & in nil expositum iaculatio mentis illata. Ergo qui suspicatur, non tenet, nec in limine positus cognitionis incedit.

CARTHAG. ALTÆ) Expone quemadmodum lib. 1. *atque alia mœnia Roma*, aut propter gloriam scilicet, aut propter ædificia. Respicit Iuno ad illa, quæ Venus lib. 1. inter cætera ad Cupidinem, & *vereor, quo se Junonia vertant Hospitia, haud tanto cessabit cardine rerum*. Hortatur eam non ad breuis temporis inducias, sed perennem pacem iueundam secum, quando consecuta iam sit, quod vehementer optabat: nempe, vt Dido amore Æneæ implicaretur, atque ita ei nihil moliretur incommodi. Recordare illorum, & *cingere flamma Reginam meditor, ne quo se numine mutet*, &c. Verum maligno hoc totum animo, nempe vt Æneam in Africa retineat. Quod mox ipsemet poeta nos monebit. ☞

SED QVIS ERIT MODVS?) Dehortatio ab ira & odio pristino, ad conciliandam amicitiam.

QVIN POT. PACEM ET. PACT. HYM.) Consilium. Et recte post mentionem pacis hymenæum intulit: nam absque nuptijs, affinitatisq; coniunctione pax hæc æternare non poterat. Nascimb.

PARIBVS AVSPICIIS) æquali iure ac potestate, à comitijs ductum.

PHRYGIO MARITO) Videtur per cõtemptum ita appellasse, quasi peregrino, & exuli.

LIBYCAS AVERT. ORAS) Verbo auertere dolus sæpe indicatur. Cic. Frumentaria. *Quid si doceo, te non minus*

minus domum tuam auertisse, quam Romam misisse A micum. Veruntamen ostendit se sentire fucum, cum decumarum nomine? Licinius Macer pro Tuscis (ci- tar Priscianus) Quos oportuit amissa restituere, hisce etiam reliquias auerterunt. Catull. de nupt. Auratam optantes Colchis auertere pellem. Ibi hac Muret.

SIC CONTRA EST INGRESS. VENVS) Ab Home- ro hausit.

Τὴν δ' αὖτε προσέειπε φιλομειδῆς Ἀφροδίτη. Οὐκ ἴσ' ὅδ' εἶκα τὸν ἔπος ἀρνύσασθαι.

QVIS TALIA DEMENS ABVAT) Callidè, quasi eius consilium probet, Iunonis votis se prestò futuram simulat: non enim ignorat, satius esse nonnunquam re- tinere sim ilatum amicum, quam reddere apertum ini-

conditionem ferat, inquiens. Si modo, quod memoras, factum fortuna sequatur. Vox tecum habet emphasin. Tecum, quæ es Iouis coniux, & deorum regina. Et quamquam dicit, se fatis incertam ferri, tamen longè aliter est. Tenet enim memoria quæ suprâ sibi Iuppiter pollicitus sit, nec ignorat, fata non posse mutari. Sed astutè dissimulat, ne reniti videatur. Nascimb. * Iuxta prouerbium, Sulpinatur cum Gulpe Venus, artem arte deludit, par pari refert, quod eam mordeat. Honorificè satis eam ad Iouis ani- mum explorandum mittit, à quo, tanquam vxor, impetrare quid- quid a quom, facile possit.

MISCERIVE PROBET POPVLOS) Troianos cum Pæ- nis in vnum corpus coalescere.

----- Tum sic excepit regia Iuno.

115 MECVM ERIT ISTE LABOR: nunc quaratione, quod instar, Confieri possit, paucis, aduerte, docebo. Venatum Aeneas, vnaq; miserrima Dido In nemus ire parant, vbi primos crastinus ortus Extulerit Titan, radijsq; retexerit orbem.

120 His ego nigrantem commista grandine nimbum, Dum trepidant alæ, saltusq; indagine cingunt, Desuper infundam, & tonitru cælum omne ciebo. Diffugient comites, & nocte regentur opaca. Speluncam Dido, dux & Troianus eandem

125 Deuenient: adero: &, tua si mihi certa voluntas, Connubio iungam stabili, propriamq; dicabo. Hic Hymenæus erit. Non aduersata petenti Annuit, atq; dolis risit Cytherea repertis.

REGIA IVNO) Regis filia, regis soror, & vxor, Sed B regius, & regia sæpe idem poetis, quod rex, & regina.

MECVM ERIT ISTE LABOR) Transigendi negotij prouinciam recipit, quod tamen fatis aduersantibus non transiget. Quare ad consilium vtriusque alteri iun- gendi, nullis nuptiarum auspicijs, nullis legitimis cæri- monijs se vertit, si quid etiam eotra veritum possit pro- ficere. Sed Venus consilium rider, vt doli plenum, & vaferrimæ simulationis scilicet. Montfort.

CONFIERI POSSIT) Confieri, pro, confici, ca- sta elocutio est, neque, con, vt scribit Seruius, in hoc verbo abundat. Quin potius, sicut pleniore intellectu conficio, quam facio dicimus, cum confectæ res pro- prie dicantur, non nisi magnæ atque arduæ, quæ perfe- ctæ sunt, quale est bellum, quod cum perfectum est, confectum magis ex linguæ latinæ proprietate dicitur, quod antea affectum diceretur: ita confieri hoc loco positum de re magni momenti: quippe de Aeneæ, & Didonis congressu, quem tantopere Iuno cuperet, quemq; curaturam omnino se Veneri recepisset: cuius spem, vt certi euentus fide confirmaret, nûc id eam, qua ratione confieri possit, id est, confici, docet. Sic & Terentianus Simo Pamphili nuptias sperat confore, id est, confieri, vt interpretatur Donatus. Cæsar etiam in 7. de bello Gallico, de Labieno sic loquitur. Postea- quam id difficilius confieri animaduertit. Erythraeus in Indice. * Adde Lucretium, qui hac voce vtitur sapius. Lib. 3. Id quoque enim sine perniciè conficit eorum. Et lib. 4. Aëribus bi- nis, quoniam res confit vtrinq; Et lib. 5.

Ne fortè ex homine, & veterino semine equorum Confieri credas Centauros posse, neque esse. Adde hoc Luianum è lib. 5. quod cum in publico decesset aurum, ex quo summa patris mercedis Gallis confieret. Donat. ad illud Te-

rent. And. restat Chremes, qui mihi exorandus est, & spero con- fore, Confore, ab eo quod est, confit, id est, perficitur, futurum tem- pus infinitiuis modi confore facit: id est, perfectum iri. Sic in Adelphi. Verum quid ego dicam? hoc confit, quod volo. Confieri, id est, per- fici. Columella quoq; lib. 1. cap. 8. Sic enim curabit, & panis dili- genter confiat.

VENATVM AEN. VNAQVE MIS. DIDO) Vt hospi- tem suum sibi iam familiariorem, quam oportebat, ho- nore insigni, miraq; voluptate recrearet, etiam ruri ve- nationem Dido instituit, quo lusu, vt omnes norunt, Reges ac Principes inprimis remittere animos consue- uerunt. Comendat istam remissionem, ludumq; in Tra- iano Plinius. Sic namque in Paneg. Quæ enim remissio tibi, nisi lustrare saltus? excutere cubilib? feras? supera- re immensa montium iuga, & horrentibus scopulis gra- dum inferre, nullius manu, nullius vestigio adiutum? Habet sanè venatus incunditatis non parum, nec artis minus: quod non fugit historicorum suauissimum Xe- nophonem: qui & in libris de vita Cyri venationem quin laudet, facere nō potest, & ei proprium insuper li- bellum dicat. Ex hoc fonte, item ex Petro Angelio Bar- gæo, Natali Comite, Francisco Patricio lib. 3. de regno, titulo 6. Latinis, & Oppiano Græco poetis quantum, & quomodo placuerit, haurient, quibus præconium vena- tionis contexere libuerit. Scripsimus & nos dialogum de ea inter miscellos, parte 2. Tertij Voluminis.

HIS EGO NIGRANT. NIMBVM) Lucret. lib. 2. Ant ea qua nigrant, nigro de semine nata.

DVM TREPID. ALÆ) Alas venatorum intellige, qui in dextra, sinistraq; saltus parte, tanquam in corpore a- uis alæ locati, apertam feris planitiem ad excurrendum relinquebant. Trepidant, festinant.

SALTVSQ. INDAGINE CINGVNT) Nonnulli inda- ginem,

ginem hinc non ferarum indagacionem, vt Seruius exponit, sed plagarum seriem significare censent, in varros arrectarum, id est in furcas venatorias, qualem describit Lucan. in 3. Pharsalia.

*Aut dum dispositis attollat retia varris
Venator, tenet ora leuis clamosa molossi, &c.*

Et in 6.

*Amplexus finos, saltus, nemorosaq; tesqua,
Et syluas, vastaq; feras indagine claudit.*

Indago proprie est id, quod a Graecis *σολισμός* dicitur, id est, *αὐτὸς ἐπιμαίνων ἐπὶ τῶν κλάδων κείμενος*. Stæchi enim Græcæ varri sunt, vnde stæchismus indago, id est, plagarum expansio varris subiectarum, ferarū lustra, & stabulationes ambiens. In Pandectis autem, vbi legitur in lege De aet. empt. Veluti cum futurum iactum retis, à piscatore emeris, aut indaginem plagis impositis à venatore, vel pantheram ab aucupe, scito ibi indaginem accipi pro effectu, & proposito indaginis, id est, pro captura, quo modo & græcè therama (quod Gellius indaginem vertit) non magis venatum significat, id est, actum, quum effectum, hoc est, τὸ θηρεῖν. Plura Budæus in Pand.

HIC HYMENÆVS) Hymenæus qui & Hymen, nuptiarum deus à Græcis habitus est, vt à Romanis Thallasio. Hymenæus etiam, seu numero multitudinis, Hymenæi, pro ipsis nuptijs dicitur. Hymenæa, sunt festa, siue sacra nuptialia. Pingebatur Hymenæus, (quod ex Catulli epithalamio colligitur) coronatus floribus, & amaraco, dextra facem tenens, sinistra flammeum (lutei velaminis genus est) in pedib; croceos foccos habens. Plura Gyrard. Syntag. 2. in Hymenæo. In nuptijs quondam canebatur ad hunc prope modum. Ἦμῶν ὑμῶναι ὁ ὑμῶν. Vnde illud Veronensis poetæ in carmine nuptiali. *Hymen ὁ hymenæe hymen, ades ὁ hymenæe.* Plaut.

*Agè tibicen, dū illam educunt huc nonā nuptam foras,
Suavi cantu concelebra omnem hanc plateā hymenæo.
Io hymen, hymenæe, Io hymen.*

Medea ad Iasonem.

At subito nostras vt hymen cantatus ad aures

Venit, & accenso lampades igne micant,

Item illud Hypermetra. *Vndique collucet pracineta
lampades auro, Vulgus hymen hymenæe vocat.*

RISIT CYTHEREA) Risus est signum, quo sese profert occultum mentis gaudium, qui affectus est inter omnes alios honestissimus, replens tranquillitate, ac securitate totam animam. Philo lib. de præmijs & pænis.

Constituit autem Clemens Alexand. Pædagogi lib. 2. cap. 5. risus genera tria, quæ vocat *μειδίαμα*, & *χαλκασμός*, & *καγχασμός*. Quæ enim vultus tanquam alicuius instrumenti fit per harmoniam decora remissio, appellata est *μειδίαμα*, hoc est subrisio. Ita est appellata diffusio, & exhilaratio, & risus eorum, in quorum vultu residet modestia. Immoderata autem, & incontinens vultus dissolutio, si sit quidem in mulieribus, appellatur *καγχασμός*, hoc est risus immodestus, & lasciuus: is est autem risus meretricius: sin autem in viris, *καγχασμός*, hoc est cachinnatio. Est autem hic procorum risus insolens, & proteruus apud Homerum. Fatuus in risu exaltat vocem suam, inquit Scriptura: vir autem sapiens vix tacite ridebit. Et quoniam de risu loquimur, risusq; Venerem poeta autumat, sciendum ei apud Homerum non raro epitheton tribui *φιλομειδής*, risus amans, libenter ridens. Horatius id expressit Ode 2. lib. 1.

Sine tu manus Erycina ridens,

Quam Iocis circumuolat, & Cupido.

Nimirum poetæ illud sibi volunt, sine ioco, risu, iustus inuenustam esse Venerem. Vt ille aiebat, *sine Cere-re, & Baccho friget Venus.* &c.

Oceanum interea surgens aurora reliquit:

130 It portis iubare exorto delecta iuuentus.

Retia rara, plagæ, lato venabula ferro,

Massyliq; ruunt equites, & odora canum vis.

Reginam thalamo cunctantem ad limina primi

Pœnorum exspectant: ostroq; insignis, & auro

135 Stat sonipes, ac frena ferox spumantia mandit.

TANDEM PROGREDITVR MAGNA STIPANTE CATERVA,

Sidoniam picto chlamydem circumdata limbo:

Cui pharetra ex auro, crines nodantur in aurum,

Aurea purpuream subnectit fibula vestem.

OCEANVM INTER. SVRG. AVR.) Duces venatum deducturus, principium à periphraistica matutini temporis descriptione sumit. Indicat autem id tempus, quod solis exortum proximè antecedit, aptum venationi. Tunc enim feræ à lustris in pastum maximè prodeunt, quemadmodum & vesperi sub occasum solis. Montfort.

IUBARE EXORTO) Seruius, *iubare exorto*, nato Lucifero. Nam iubar proprie Lucifer est: quod iubar lucis effundat. Est autem hysteron proteron in sensu: ante enim oritur iubar, deinde aurora. Nos sic. Aurora surgens Oceanum reliquit interea, dum Iuno, & Venus colloquerentur. Postea iuuentus it portis exorto iubare, id est, sole: qui verè iubar lucis effundit. Iubar pro sole posuit. Ouid. 1. Metamorph. de Clymene. *Spe-*

ctansq; ad lumina solis, Per iubar hoc, inquit. Virgilius alibi de sole, flammiferumq; iubar. Et non est *ὄρεον*: neque animaduertit Seruius, quod supra Iuno dixit:

Venatum Aneas, unaq; miserrima Dido

In nemus ire parant, vbi primos crastinus ortus

Extulerit Titan, radijsq; retexerit orbem.

Titan, id est, sol, non lucifer. Modicius cap. 31.

DELECTA IVENTVS) Diligenter venatione à personis, & earum ætate, & armis venatorijs describit. Xenophontem videtur secutus, qui libello de venatore vult esse virenti ætate adolescentem, viginti annos natum. Desiderat agilitatem, proceritatem corporis, robur, & animum laboris, incommodorumque patientem. Hanc prosopographian duobus verbis poeta

poeta exprimit, cum delectam iuuentutē portis vena-
tum emittit. Montfortius.

RETIA RARA, PLAGÆ) Generali nomini subie-
ctam speciem arbitror, & plagas, maiora retia suspicor,
vt minora, calles. Nam calles esse videntur āpxvss, plagæ
sīxlvā, id est retia, quæ maiora sunt. Plagis autem no-
men videtur inditum à similitudine reticulorum, qui-
bus capillos colligant mulieres, quod plagæ suis nexi-
bus, & maculis eodem modo reticulatæ sint. Turneb.
lib. 30. cap. 39.

ODORA CANVM VIS) Læuij poetæ veteris (non
Liuij Andronici, qui nullum versum heroicum scripsit,
nedum uelut, carmen) est, *Dirige odorisequas ad caca-
cubilia canes.* Ita sentit Scalig. F. Imitatione Græcorum
poetarum dixit, *odora canum vis*: alibi, *fida canum vis*,
[quod ita imitatus est Papius lib. 1. Theb. id. Impaste fugistis aues,
rabidamque canum vim.] Cic. in Arato. *Serius hac obitus
terræ visit equi vis.* Sic enim emendauit Turneb. lib.
28. cap. 30. Lucret. quoque dixit, *fortis equi vis.* Idem
Turneb. lib. 6. cap. 6. vta Marone canum vis, pro cani-
bus, sic à Lucretio quoq; dicitur. Ab eodem rursus eo-
dem etiam modo plumbi potestas, hoc versu. *Et simul
argenti pondus, plumbiq; potestas.* Et rursus. *Ex alienige-
nis membris composita potestas.*

Locus Lucretij cuius meminit Turneb. est lib. 4.
hic videlicet: *tum fissa ferarum Vngula quò tulerit gres-
sum promissa canum vis Ducit.* Quem locū sic interpre-
tatur Lamb. Id est, canes odoratu valentes, & sagaces,
promissi. *Promissa* enim legendum videtur potius, quā
premissa, vt promissa, idem valere intelligamus, quod
longè, & porro tenuis missa, vel è longinquo loco odo-
res sentiens. Iam vt elegantem similitudinem à sagaci-
tate ista naturali canum, qua ad feras insectandas capi-
endasq; vtuntur, ad virtutis cupidos ducat Philo lib. de
Somnijs, nisi quid te detinet, audi. Quemadmodū enim
canes venaticos aiunt, è longinquo ad feras peruenire
odorem secutos, cuius eximio sensu à natura sunt præ-
diti: eodem modo à iustitia, ceterisq; virtutibus, exha-
lantes suaves auras amator scientiæ vestigat, cupiens o-
riginem tantæ voluptatis assequi, huc illuc cursitans, &
vel ipso honestatis odore tanquam sacro nidore se re-
creans. * *Quare tempore sereno difficile à canibus indagentur
fera, Plutarchus de causis natural. cap. 23. hanc rationem asserit,
quia stirpium, florum, & fructuum halitus per ser frequentes, ob-
scurant odores, quos in Vestigijs fera relinquunt. cap. sequentibus
24. & 25. cur plenilunio, & hyberno tempore. Olfactum Egyptij
sacerdotes per canem significabant. Satis enim constat, olfactum
cani esse præcipuum, de cuius sagacitate (eam enim præcipue ca-
nibus attribuit Cicero, & à sagire, quod acutè sentire est, dedu-
ctum asserit) plurimam partem videntur exempla. Dominum enim,
qui vel ditissimè absuerit, agnoscunt olfactu solo, & ignotum
quoq; serpente veniat. Scrutantur in Venatu Vestigia, atq; perse-
quuntur, cunctantem ad feram inquisitorem loro retrahentes, eti-
amsi aquam ea transferit, & abditissimo quouis loco sese occultau-
erit. Pierius lib. 5. lege quiddam singulare ibidem de canibus Gal-
licis.*

REGINAM THAL. CUNCTANTEM) Post narratio-
nis apparatus ratio exigit, vt reginæ progressio sequatur.
Qua in re morem regum egregiè designat, qui diu-
tius expectari volunt. Maiorem quoque operam ideo
reginam adhibuisse in se ornanda credendum est, vt Æ-
neæ pulcherrima videretur. Nascimb.

Mulierum in se ornando studium, nimiamque di-
ligentiam ostendere volens Terentius, ita cum stoma-
cho loquentem facit Clitiphonem Heaut.

*Non cogitas hinc longius abesse? & nosti mores mulierū:
Dum moliantur, dum comantur, annus est.*

Quibus verbis abundè insectatus est fæminarum viti-
um in pulchritudine comparanda. Existimo autem Sy-

baritarum morem respexisse Terentium, apud quos le-
gem fuisse produnt, anno priore mulieres inuitandi, si
quas publico sacrificio, aut conuiuio interesse vellent:
concedebant enim ipsis illud spatium, quo se comere,
atque ornare per otium possent: cuius legis memi-
nit Plutarchus in Conuiuio septem sapientum, & Athe-
næus lib. 12. Titius lib. 2. cap. 2. * *Ad istos mulierum mores,
& sese ornandi ambitiosissimum studium declarandum, aptos esse
iudico Plauti Serficus ex Panulo.*

Negotij sibi qui vult vim parare, nauem & mulierem
Hæc duo sibi comparato. nam nullæ magis res duæ
Plus negotij habent: eas forte si exornare occæperis.
Neq; vniquæ hæ duæ res satis ornantur, neq; eis vlla satis
Ornandi fatietas est.

Ibidem.

Quæ noctes, diesq; omni in ætate semper
Ornantur, lauantur, tergentur, poliuntur.
Postremo modus muliebris nullus est.

Qui prætere multa legere cupit de ista φιλονεικία fæminarum, legat
Tiraquellum in leg. Connubial. tertiam.

PRIMI PGENORVM EXP.) Theocrit in He-
len. *χρὸν ἐστὶν ἄλλο Δώδεκα τοὶ πρῶτοι πόντοι,* cuius imita-
tione Horatius primos vrbis dixit: Et Euripid. *ἀνδρὶ τῷ
πρῶτῳ ἐστὶν Σὴν καὶ δὲ δῶνα σφάγιον ἐξ ἀλκυόνος,* de Ach-
ille in Hecuba. Sæpe autem idem Euripid. *πρῶτοις, &
ἀκείας ἀργείων.* German.

OSTROQVE INSIG. ET AVRO ST. SONIP.)
Regalis luxus omni ambitionis genere exprimitur. Nā
ne equus quidem splendido carebat ornatu. Extollitur
autem duplici laudationis genere equus. Primum ex
ornamentis, quod ostro, & auro insignitus est: deinde
ex quibusdam generosæ naturæ argumentis. Quod fe-
rox, quod frænum mandit, quod spumas agit. Ergo stat,
id est, paratus est: nam qui stat, non probatur. Vide illud
3. Georg. *Stare loco nescit.*

FRÆNA FEROX MANDIT) Hic obseruanda est
elegans alliteratio, fræna ferox. Nam veteres scripto-
res, Ennius imprimis, & Plautus duas, aut plures voces
ab eodem elemento incipientes continuare oppidò
delectabantur. At Virgilius nunquam ferè absque ra-
tione posuit. Vt ergo equi ferocitatem magis expri-
meret, duriusculis verbis vsus est, ab f. incipientibus,
fræna, ferox. Id quod magis etiam expressisse videtur da-
ctylorum compositione, quorum celeritate, equi cele-
ritatem, viuendamq; naturam designare voluit. Nascimb.

Fræna dicta, inquit Isidor. lib. 20. quod equos fre-
mere cogant: vel hæc equi frendant, id est, inprimant
dentibus, & obmordeant. Vnde & nefrendis dicti, ad-
huc lactantes porculi, quod nondum aliquid frendant,
& comminuant dentibus.

At Ascanij equum acrem vocat, non ferocem ex
farragine, & hordeo, vt hic Elifæ: qui tam etsi fræna mā-
dit, & spumas edit, tamen eodem in vestigio stat. De-
scriptio autem illa ex arte, & rei cognitione,

----- quem Thracius albis

Portat equus bicolor maculis, vestigia primi
Alba pedis, frontemq; ostentans arduus albam.

Intellige enim frontem stella candida spectabilem, non
autem totam albam, deteriores enim sunt. Maiore af-
fectu quàm cura designauit equum Mezentij.

----- hoc decus illi

Hoc solamen erat: hoc bellis victor abibat.

Omnibus,

vt & felicem faceret equum, non solum fortem. Quin
etiam fidelem agnouit, cum moerentem dixit. Sic etiam
Pallantis equum flentem. Turni verò equi describun-
tur non sine hyperbole,

Pilumno quos ipsa decus dedit Orithyia,

Qui candore niues anteirent, cursibus auras.

At Æneæ

At Æneæ qui attribuuntur, etiam supra omnium naturam.

----- *geminosq; iugales*
Semine ab atherio spirantes naribus ignem,
Illorum de gente, patri quos dædala Circe
Supposita de matre nothos furata creauit.

Scalig. Poët. lib. 3. cap. 3. * *Feroce vocat equum hunc: de qua voce consule Nonium. Cum hoc autem caballo Didoneo sumptuosissime ornato confer illos Latini regis lib. 7. quos è trecentis, nitidus, & in præsepibus altis stantibus centum delegit, & oratoribus Troianis centum, donauit ad reditum*

Instratos ostro alipedes, pictisq; tapetis:
 Aurea pectoribus demissa monilia pendent:
 Tecti auro, fuluum mandunt sub dentibus aurum.

Nec tantum sonipedes, sed etiam alipedes, & cornipedes à poetis dicuntur equi: quorum nominum ratio manifesta est. Exmij sane versus de hoc Didonis equo, instrato purpura, & dominam expectante soluit imitari Silius, sed succubuit. Sic enim lib. 5. de equo Flaminij Cos.

Stat sonipes, vexatq; ferox humentia fræna,
 Caucaasiam instratus virgato corpore tigrim.

PROGREDITVR MAGNA STIP. CAT.) Siclib. I.

Regina ad templum forma pulcherrima Dido
Incedit magna iuuenum stipante caterua.

De custodia corporis, etiam præcepit Nicocli regi Iſocrates in parænesi illa βασιλική, ad hunc modum. Corporis custodiam tutissimam esse puta, tum in virtute amicorum, tum in beneuolentia ciuium, tum in tua prudentia esse collocatam. Hæc enim sunt, per quæ imperium facillimè & paretur, & cõseruetur. Plin. Panegy. Fidelissima custos Principis, ipsius innocentia. Hæc arx inaccessa, hoc inexpugnabile munimentum, munimento non egere. Frustra se terrore succinxerit, qui septus charitate non fuerit: armis enim arma iritantur. Adde Herodianum, Beneuolentia subditorum, inquit, facit tutum imperium, non metus.

SIDONIAM PICTO CHLAMYDEM) Non temerè doctissimus poeta, cum Didonem proficiscentem in venationem describit, ornatam rebus omnibus, quas

- 140 Nec non & Phrygij comites, & lætus Iulus
 Incedunt. ipse ante alios pulcherrimus omnes
 Infert se socium Æneas, atq; agmina iungit.
 Qualis, vbi hybernæ Lyciam, Xantiq; fluenta
 Describit, ac Delum maternam inuisit Apollo,
 145 Instauratq; choros. mistiq; altaria circum
 Cretesq; Dryopesq; fremunt, pictiq; Agathyrsi:
 Ipse iugis Cynthi graditur, molliq; fluentem
 Fronde premit crinem fingens, atq; implicat auro:
 Tela sonant humeris. haud illo seignior ibat
 150 Æneas: tantum egregio decus enitet ore.

ET LÆTVS IVLVS INCEDIT) Puerilis ætas gaudet Iulibus, etiam laboriosis. Et simul generosa indoles pueri notatur, non secus atque Cyri pueri apud Xenophontem, in venationem vnà exire gestientis.

QUALIS, VBI HYBERNÆ LYCIAM) Quintil. lib. 8. cap. 3. agens de similitudine, monet in ea præcipuè custodiendum, ne id quod similitudinis gratia asciimus, aut obscurum sit, aut ignotum. Debet enim, quod illustrandæ alterius rei gratia assumitur, ipsum esse clarior eo, quod illuminat. Quare sane poetis permittamus huiusmodi exempla, *Qualis, vbi hybernæ Lyciam, Xanthique fluenta, &c.* Non idem decebit oratorem, vt occultis aperta demonstrat.

tempus illud postulabat, chlamydem etiam gerentem fingit: erat enim chlamys tegmen quoque venatoris. Nam qui peregrinabantur, longumque iter aliquod suscipiebant, vt ea consueſſe, vt ad iniurias cali depellendas apta, certum est. Illud autem testatur Pollux in Onomastico, vbi quæ adiuuent id studium, exponit, copioseque de vtenſilibus venatoris agit. Addit verò ipse etiam, vsui chlamydem esse posse, sinistra manu implicatam, cum feræ in eum insiliunt, aut ipse venator pugnam cum illis capeſſit. Victor. lib. 2. cap. 21.

CVI PHAR. EX AVRO, CRIN. N. IN AVR. AVREA) Quis non videat poetam ornare voluisse hunc locum, quo studium Didonis in se ornanda, vt amatori suo placeret, exprimere studuit, repetita sæpe voce, quæ rem significat ornamentum plenam, & qua mortales vt consueuerunt, cum aliquid illustrare volunt, & plurimum ipsi splendoris afferre? Nec id vno hoc tantum loco, sed alijs pluribus fecit, vt cum de ornatu equorum Latini regis, quos oratoribus Æneæ dono dedit, in 7. ita loquitur.

Aurea pectoribus demissa monilia pendent,
Tecti auro, fuluum mandunt sub dentibus aurum.

Et in 11. cum de Chloreo Cybeles sacerdote ita cecinit.

Aurcus ex humero sonat arcus, & aurea vati
Cassida, tum croceam chlamydemq; sinusq; crepantes
Carbasseos fuluo in nodum collegerat auro.

Et paulò etiam supra eandem materiam appellauit. Sumpsit autem Latinus poeta à Græco eiusdem generis omniũ optimo decus hoc, lumenq; orationis. Victor. lib. 33. cap. 12. * *Adscribamus Tertulliani locum sanè grauem, & illustrem, de cultu ornatuq; mulierum, quoniam occasionem dat nobis Victorius. Tertullianus igitur lib. cui index, De habitu mulierum. Habitus famina duplicem speciem circumfert, cultum, & ornatum. Cultum dicimus, quem mundum muliebrem vocant: ornatum, quem immundum muliebrem conuenit dici. Ille in auro, argento, & gemmis, & vestibus deputatur: iste, in cura capilli, & cutis, & earum partium corporis, quæ uelociter trahunt. Alteri ambitionis crimen intendimus, alteri prostitutionis.*

Non de nihilo istuc dixit Maro. Nam vt scribit interpretis Pindari in Pythia, adulta Diana Dicten in Creta occupauit, Apollo Lyciam: Delon, in qua nati erant, matri Latonæ concesserunt. Turneb. lib. 19. cap. 29.

Antiquitus, inquit Strabo lib. 10. iam inde à Saturni temporibus in magno fuit hæc insula honore. Fabula enim perhibent, ibi Latonam partus doloribus solutam in lucem edidisse Apollinem & Dianam, &c. Sumpta autem, vt notauit idem Turneb. lib. 3. cap. 2. comparatio ex Apollonij lib. 1.

Οἶος δ' ἐκ νηοῦ θυάδεος εἶσιν Ἀπόλλων
Ἄλλον ἀν' ἠγαθήην, ἢ κλάεον, ἢ ὄρε πύθω,
ἢ Λυκίην εὐρείαν ὅτι Ἐάνθοιο ἱέρει.

DELVM

DELVM MAT. INVISIT) Opinio erat, Apollinem A peregrinari, & sedem cōmutare, ac Delum migrare, il- lincq; demigrare aliud, vt in Lyciam. Proinde *ἑπιδημία*, & *ἑπιδημία Ἀπόλλωνος* dicebatur. Procopius, *ὅτι δὲ ὅλως οἱ Δελφοὶ αὐτὸν ἀπεῖναι τὸν Ἀπόλλωνα ἔλοιπτο, οἱ δὲ παρόντος εὐθὺς ἑορτὴν ἄγασσι, τὴν ἐπιδημίαν Ἀπόλλωνος*. Eius à Delo profectiōnem describit Æschylus in Eumenidibus. *Ἀπὸν δὲ λίμνην, διηλάν θ' χοιράδα*. Turneb. lib. 24. c. 26.

INSTAVRATQVE CHOROS) In Delo sacrum nul- lum obibant, absq; saltatione, & Musica. Prohibant au- tem puerorum chori, tibiis ac cithara præcinentibus, è quibus selecti peritissimus quisque saltabant. Eorum item cantilenæ à saltatione vsu dicebantur *ὑπορχήματα*. Caterum vbi aram saltantes obibant, hunc morem ser- uabant, vt à sinistris dextrorsum pergerent prius, Zo- diaci quadam imagine, cuius motus celo diuersus ap- paret, ab occasu ad exortum: inde à dextris læuorsum, pro ratione cælestis vertiginis. Proditum est memoriæ, Theseum quoque in Delum insulam appulsum ex Cre- ta, inibi saltationem iniuisse cum pueris, quæ Labyrin- thi præferret errores, orbibus orbis impediens apud aram *κεκλιόνα*, ex sinistris modò compactam cornibus. Rhodigin. lib. 5. cap. 3.

CRETES QVE, DRYOPESQ. FREMVNT) Opinor, significat, quorannis solitos esse ad Apollinis aduentū Cretenses Delum, iam inde ab vltima antiquitate dona mittere, etsi vilia. Mittebant autem, vt & Hyperborei, frugum primitias. Eam crediderim esse causam, cur Ti- bullus scribat lib. 4. *etiam Phæbo gratissima dona*. Culto- res autem Apollinis Cretas fuisse, ita ostendit interpre- s Arati. *Ἐριππὸς θ' φησὶν, ὅτι δὴ Ἀπόλλωνος τιμὴν ἤρῃσαν- το κρησὶν εἰς Δελφούς*. Dryopes autem fere propinqui Del- phis sunt, vel Oethæi, vel Trachinij, vt & eos tum non sit verisimile, parum in Apollinem religiosos fuisse. Sed & Dryopes Parnassum Apollini sacrum, Delphosque tenuere, atq; incoluere, vt Grammatici Græci tradunt. Turneb. lib. 24. cap. 26.

PICTIQ. AGATHYRSI) Cur Agathyrsi dicantur pic- ti à Marone, explicabit Marcellinus lib. 13. Gelonis Agathyrsi collimitant, interstincti colore caruleo cor- pora simul, & crines: & humiles quidem minutis, atq; raris, nobiles verò latis, fucatis, & densioribus notis. Et Mela lib. 2. cap. 1. Agathyrsi ora, artusq; pingunt, vt quiq; maioribus præstant, ita magis, vel minus. Cate- rum iisdem omnes notis, & sic, vt abluī nequeant. Ita quoq; his temporib; Ægyptij: præsertim qui Alexan- driam, Memphimq; incolunt, nouas nuptas pingunt. Quibus verbis liquidò perspicitur, Seruiū meras nugas

effutire, ac somnia comminisci. De Agathyrsis autem Maro scribit, quod alij de Hyperboreis narrant, qui pri- mitias solebant Delum mittere, in itid per virgines suas, deinde per populos, subinde tradentes vltioribus: quamquā & Agathyrsos ipsos Delum ad sacra Apolli- nis faciēda venisse probabile est, & aliquo in scriptore Plato legerat. Turneb. lib. 24. cap. 26. & lib. 30. c. 39.

IPSE IUGIS CYNTHI GRADITVR) Non videtur hoc in loco *graditur* simpliciter accipiendum, sed cum emphasi, quasi elato gradu. Tale est illud ex primo de Diana, *gradiensq; deas supereminet omnes*.

MOLLIQ. FLV. F. PREM. CRIN.) Ex 2. Apollonij. Verum illud interest, quod illic, simplex capillorum A- pollinis defluxio in vtramq; genam describitur: sic e- nim ille ait. *χεῖρες δὲ παρειῶν ἐκείτερθε Πλοχμοὶ βόρυσεν- τες ἐπερρώοντο κλοντι*. Hic vero additur compositio, con- cinnitasq; ex fronde, atque auro, vnguento etiam in- terposito: nam mollem crinem vnguentatū intellige.

TELA SONANT HYMERIS) Hoc idem ex Apollo- nio est lib. 2. Et profecto locupletior est Apollonij de- scriptio, qui Apollinē in læua manu arcum tenentem, ex eiusq; humeris pharetram pendentem facit. Sic e- nim habent versus.

*Ἄσπ' δὲ ἀργύρεον νόματι εἶδον, ἀμφὶ δὲ πάρος
Ἴσδοιεν ποτάνης καὶ ἰσμενίδου.*

Hic verò noster breuitati consulens, *tela sonant hume- ris*, ait, nullam arcus mentionem faciens. Sed facile in- telligitur, qui pharetram telis plenam gerit, eum quo- que arcum gerere. *Sonant* autem ideo dixit, quia ipsum gradientem describit.

HAUD ILLO SEGNIOR IBAT ÆNEAS) Genus com- parationis est, quod Græci *εἰκόνα* vocant. Cum singu- larem Æneæ pulchritudinem humana comparatione monstrare non posset, ad diuinam confugit: erat enim Æneas paulò humana, augustiore, vt qui à Venere tam excellentem formę pulchritudinem accepisset. Cumq; in 1. Æneidos Didonem reginam Dianæ comparasset, nunc Apollini Æneam cōparandum esse censuit. Hanc verò comparationem non desunt, qui propterea non probent, in quibus est Fabius, quia quod similitudinis gratia adscitū est, cum clarius eo ipso esse debeat, quod illustrandum sumitur, tamē obscurum, ignotumq; ma- gis esse videatur. Hanc tamen veniā poetis dari permit- tunt, quam oratoribus concedi posse negant. Nascimb.

TANT. EG. DECVS ENIT. ORE) Epiphonema, quo Æneam Apolline haud inferiorē forma fuisse declarat. Et scimus præ alijs dijs Apollinem pulchrum, ac for- mosum haberi.

Postquam altos ventum in montes, atq; inuia lustra,
Ecce feræ saxi deiectæ vertice capræ
Decurrere iugis: alia de parte, patentes
Transmittunt cursu campos, atq; agmina cerui
Puluerulenta fuga glomerant, montesq; relinquunt.
At puer Ascanius medijs in vallibus acri
Gaudet equo: iamq; hos cursu, iam præterit illos:
Spumantemq; dari pecora inter inertia votis
Optat aprum, aut fuluum descendere monte leonem.

INUIA LVSTRA) lustra sunt ferarum habitacula E Georg. 2. *Non absunt illic saltus, ac lustra ferarū*. Æneid. 3. *Cum vitam in syluis, inter deserta ferarum Lustra do- mosq; traho*. Lustra etiā significat lacunas lutofas, quæ sunt in syluis, aprorum cubilia, à qua similitudine ij,

qui in locis abditi, & sordidis ventri, & desidiæ ope- ram dant, dicuntur in lustris vitam agere. Lustra, in- quam, sunt lupanaria. Vnde apud Plautum, studere lu- stris, iacere in lustris. Cic. 2. Philipp. vino, lustrisq; con- fectus. Nonius, & Festus.

D*

FERÆ

155

Nam vt scribit inter-
... adu. Diana Dicitur in Creta
... Delon, in qua nati erant,
... Turneb. lib. 19. cap. 19.
... iam inde à Sa-
... hunc partus doloribus
... & Dianam, &
... lib. 3. cap.
... lib. 3.
... lib. 3.
... lib. 3.

FERÆ SAXI. D. VERT. CAPRÆ) Feræ capræ sunt, quas Plinius rupicapras, Germani *gemfen*. Eas quidam imperitè damas nominant. Damæ cornicula habent antrorsus inflexa, capræ syluestres retrorsus. Seu, ut Plinius loquitur, rupicapris cornua dedit natura in dorsum admodum, damis in aduersum. Vide autem quomodo cum de duobus animantium generibus loquatur, utriq; suum, & conuenientem locum attribuat. Capræ gaudent montibus (saxum hic pro monte ταννός). cerui camporum planitie, quamquam & in collibus pascunt: quos hic auxesi quadam montes vocat.

TRANSMITTUNT CURSU CAMPOS) Lucret. lib. 2.

Et circumuolitant equites, mediosq; repente

Transmittunt valido quatientes impete campos.

Quem locum profert Macrobius lib. 6. Saturnal. docetq; ex eo hunc Virgilianum effectum, atque imitatum esse. Sic & Valer. Flaccus lib. 3. iamq; ipse recenti Stat tumulo, placida transmittens agmina lauro.

AGMINA CERVI FUGA GLOMERANT) Fugitium hieroglyphicè notare qui uellent, currentem ceruum describebant. Est uero fugacitas ceruo natura insita. Hinc Lucret. *Et fuga ceruis a patribus datur, & patrius pavor incitat artus?* Quam uero pedum agilitatem auctores in Achille fuisse tradunt, ut ποδάριος, καὶ πόδας ὠκὺς passim ab Homero uocitetur, sunt qui autem inde factum, quod eius infantia sub Chirone fuerit ceruorum medullis plurimum enutrita. Porro illum esse affecutum ceruos absq; canibus, & retium insidijs, Pindarus Nemeis canit. Κείνοτ' ἐλάφους ἀνευ κυνῶν, δόδαῶν δ' ἰπρέων. Pierius lib. 7. * Ad naturalem ceruorum fugacitatem, de qua Lucretius, pertinet festinus Æsopi Apologus, cuius ἰπιδύδιον est, suam cuiq; naturam esse ducem, seu, Naturæ sequitur femina quisq; sua. Quæ sunt aliquando hinnulus de ceruo, Mi pater,

inquit, qui sit, Et cum tu sis multo maior canibus, & cornua geras ramosa, & acuta, quibus te facile aduersum eos possis defendere, adeo tamen illos timeas, & fugias? Respondit ceruus, Est ita sanè, mi fili, Et tu dicis. Verumtamen nescio quomodo audito latratu canum statim ad fugam incitor.

ACRI GAUDET EQVO) Illo equo citra dubitationem, quem à Didone muneri acceperat, electo uidelicet, & regio, de quo legimus lib. 5.

Extremus, formaq; ante omnes pulcher fulus

Sidonio est inuectus equo: quem candida Dido

Esse sui dederat monumentum, & pignus amoris.

SPVMANT. D. AP. AVT FVL. LEON.) De Sallustio uidetur translatum, qui Iugurtham scripsit adolescentem plurimi fecisse leonem, aliasq; feras se primū, aut in primis in uenatione ferire. Quod autē poeta noster adolescentulum quoq; uenatum educit, insinuat credo morem antiquum, de quo ita Plinius in Panegyrico. Olim hæc experientia iuuentutis, hæc voluptas erat, his artibus futuri duces imbuebantur, certare cum fugacibus feris cursu: cum audacibus robore: cum callidis astu: nec mediocri pacis decus habebatur, submota campis irruptio ferarum, & obsidione quadam liberatus agrestium labor. * Arbitror Virgilium hac scribentem uersasse animo uenationem Cyri pueri, cuius miram alacritatem in feris insistentis, & animum ingentem in apro spumante iaculo conficendo Xenophon Pædia lib. 1. depingit. Iam quomodo intelligendus Sallustius, qui proæmio Iugurthina historia uenationem ferule uocat officium, consulendus Victor. lib. 6. cap. 1. Spumigerum suum uocat aprum Lucret. lib. 5.

FVLVVM LEONEM) fuluus propriè leonum color est. Lucret. *corpora fulua leonum.* Virgil. lib. 2. *fuluig; infernor pelle leonis.* Tibullus. *Armenias tigres, & fuluas ille leonas.* Seneca Oedipo. *Fuluam minaci fronte concutiens inbani.*

160 Interea magno misceri murmure cælum
Incipit: insequitur commissa grandine nimbus.
Et Tyrij comites passim, & Troiana iuuentus,
Dardaniusq; nepos Veneris diuersa per agros
Tecta metu petiere. ruunt de montibus amnes.

165 Speluncam Dido, dux & Troianus eandem
Deueniunt: prima & tellus, & pronuba Iuno
Dant signum: fulsere ignes, & conscius æther
Connubij, summoq; vlularunt vertice Nymphæ.

ILLE DIES PRIMVS LETHI, PRIMVSQVE MALORVM

170 CAVSSA FVIT. neq; enim specie, famaue mouetur,
Nec iam furtiuum Dido meditatur amorem:
Coniugium uocat, hoc prætexit nomine culpam.

MAGNO MIS. MVR. CÆL.) *Infra. cæciq; in nubibus* ignes Terrificant animos, & inania murmura miscent. *Tonitralia cali templa appellat Lucret. lib. 1. Et lib. 6. & altum Murmura percurrunt cælum.*] Fiunt ea, quæ Iuno futura prædixerat, mouetur cælum, tonitrua concrepant, nimbi funduntur, grando exitium portat, & contra naturam rerum, de summis montium verticibus amnes præcipitantur plurimi. Deserta uenandi uoluptate, fugiunt omnes, & diuersa occupant tecta. Diuersa ideo, quod dispersæ rusticæ domus tantam multitudinem adunatam capere non poterant. Vel quod unusquisq; usus in tanta necessitate compendio, nõ pulchram suffugium tecti, sed proximum quærebat. Donatus.

RVVNT DE MONT. AMNES) Quam largus imber fuerit, uel hinc cognosce, quod aquæ instar amnium

defluebant de montibus. hyperbole.

SPELVNCAM DIDO) Quemadmodū hunc locum contra Criticos defendat, Virgiliumq; à calumnia liberet Nascimb. ex Aristotele, uide eius Comment.

ET TELL. ET PRONVB. IYNO DANT SIG.) Non temere est, quod signorum, & prodigiorum in nuptijs mentionem facit. Nam superstitiosa illa prisorum natio, cum in alijs, tum in coniugijs uel maximè omina obseruabat: unde illud, *primisq; ingarat Ominibus.* Et nuptijs auspices adhibebantur. Papinius quoq; describens infastitas filiarum Adrastræ nuptias, commemoratis prodigijs, addit, *cunctos tamen omina rerum Dicta mouent, varijsq; metum sermonibus augent.* Turneb. lib. 3. cap. 14. Confule item Alex. Neapolit. lib. 2. cap. 5.

Signum

Signum, inquit Nannius lib. 7. cap. 14., pro iudicio, & nota, aut, vt Græci, pro ostento posuit. Intelligimus autem hic per signum, quod terra edidit, terræ motum, vt per Iunonis signū terrestre tonitru, & dicitur id βροντῆς appellat. Auditum (inquit Trebellius Pollio) tonitruum terra mugiente, non Ioue tonante, quo motu multæ fabricæ sunt deuorata, multi terrore mortui. Iunonē capi pro terra, vel vnicus Virgilij versus arguerit.

Tum pater omnipotens fecundis imbris ather Coniugis in gremium lata descendit, & omnes Magnus alit magno commissus corpore factus.

Atherem hic pro aere, Iunonem pro terra posuit, astipulante etiam Seruio. Cæterum in terrestri tonitru, vt in cælesti fulmine, esse auspiciū nuptiarum, nondum apud cæteros auctores deprehendere potui. Quod autem est in hominibus nutus, id in Ioue, & Iunone est tonitru. Vnde est illud, Annuuit, & totum nutu tremefecit olympum. In fulmine autem omen esse nuptiarum, multis testimonijs probari potest. Claud. lib. 2. de raptu Proserp.

ni Jupiter athere summo Pacificas rubri torriffex luminis alas, Confessus generum nimbis Hymenæon hiulcis. Intonat, & testes firmant connubia flamma.

Hic autem & Iupiter, & Iuno non approbant nuptias: sed eas contractas esse, & celebrari, suis ostentis demonstrant. Id quoque ad ritus nuptiales pertinet, summoq; vllularunt vertice Nympha. Moris enim fuit, vt puellæ ante thalamos, vbi noui nupti inerant, vesperi vsque ad mediam noctem concinerent, quæ carmina κομνησῶν, hoc est, somni conciliatoria vocabantur. Rursus alia ab iisdem canebantur carmina matutina, quæ διεγερτικὰ, hoc est excitatoria nūcupabantur. Huius generis egregium exemplum habes apud Theocritum, in Idyllio, cui nomen, Helenes epithalamium. Nymphae, siue illæ Oreades sunt, siue Naiades, siue Napeæ, hoc genus officij impleuerunt. Cæterum vt supra se ἀδιακρίτως tenuit in ostentis nuptialibus, quæ nec approbationem, nec improbationem clarè præ se ferebant: ita hic quoque dubium verbum elegit: vllulare enim & lætitia, & luctus capax vocabulum est. Vnde Lucanus, & lætis vllulare triumphis. Quamobrem Virgilius in incerto reliquit, lugubriter, an festiuiter cecinerint, naturā prodigiorum secutus, in vtramque partem dubia significatione replicabilem. Operosior hic fui, quia mihi Seruiana non satis enucleata videntur. Ille enim omne fulmen ait aduersari nuptijs, quum Claudiana carmina longè aliud doceant.

VLLVLARVNT NYMPHÆ) Vt in ijs nuptijs, quas mors secutura esset: nihil enim aliud, quam mortem vllulatus ille portendebat, quod egregie poeta ipse de-

A clarat, cum subdit, Ille dies primus lethi, &c. Nascimb.

ILLE DIES PRIM. LETHI. P. MAL. CAVSSA) Hinc mihi prima mali labes, inquit lib. 2. Simon. Ipsa apud Ouid. in epistola.

Illud dies nocuit, qua nos decliue sub antrum Cæruleus subitis compulit imber aquis. Audieram voces, nymphas vllulasse putavi, Eumenides fati signa dedere meis.]

Qui collegerunt, inquit Muretus lib. 13. cap. 16. indicantq; locos Virgilij ex alijs scriptoribus expressos, ad hunc versus alij alia notarunt. Ego autè existimo, Virgilium habuisse tunc in animo dictum Melesippi Spartiatæ, qui principio belli Peloponnesiaci, cum ad pertentandos animos Atheniensium missus esset, eumque illi inauditum statim ad suos redire iussissent, ex Atticæ finibus excedens dixisse fertur, illum diem Græcis magnorum malorū principium fore. Qua de re ita Thucydides lib. 2. ο δὲ ἐπειδὴ δὴ τοῖς ἀελοῖς ἐγένετο, καὶ ἐμειλλοδραλεῖσθαι, τὸσονδὲ εἰπὼν ἐπορεύετο, ὅτι ἢ δὲ ἡ ἡμέρα τοῖς ἔλλησι μεγάλων κακῶν ἀρξεί. Fuit autem Virgilius grauissimi illius rerum scriptoris studiosissimus, vt multis, certisq; argumentis peruinci facile potest.

NEQVE ENIM SPECIE FAM. MOUETVR) Quod nec specie, nec fama motam ait, hunc habet intellectū. Species rerum præsentium est, quod quasi aspicitur: fama autem rerum absentium. Hoc ergo dicit, nō eam mouet nec præsens deformitas, quod non in thalamo, sed in specu concubuerat: nec futura mox fama, & sermones vulgi. Seruius.

Validum auocamentum à peccatis fama: qui ergo ea non mouetur, nec curat quid de se quisq; sentiat, aut dicat, impudentissimus sit oportet. Est hominis ingenium, ait Cic. 3. de finibus, velle bene audire à parentib; à propinquis, à bonis etiam viris: & futuræ post mortem famæ, etiam detracto vsu cōsulendum est. Famam sinistram cauere nos hortatur Hesiodus. Facile eam leuari, onerosè portari, difficile deponi: nec conticescere, quæ semel per populos diuulgata sit. Versus sunt hi:

Δεινὴν δὲ βροτῶν ὑπαλένο φήμην Φήμη γὰρ τε καὶ πέλειαι, κῆρη μὲν αἰῶραι, Ρεία μάλ' ἀργαλήν δὲ φέρειν, χαλεπὴ δ' ἀποθέσθαι. Φήμη δ' ἄτις πάμπαν ἀπόλλυ', ἢν τινα πολλοὶ Λαοὶ φημίζουσι.

CONIUGIVM VOCAT: HOC. P. N. CVLP.) Medea apud Nasonem Metamorph. 7. Coniugiumne putas, speciosaq; nomina culpa Imponis Medea tua? Nomine honestissimo coniugij seu matrimonij non solum quidam libidines suas excusant: sed etiam sacrilegi quidam sua sacrilegia, dum virgines deo dicatas nuptijs infandis polluant. Certè Iouinianus Imperator capitis supplicio sanxit, ne quis virginem sacram vel ad coniugium auderet sollicitare.

Exemplò Libyæ magnas it fama per vrbes:

FAMA, MALVM, QVO NON ALIVD VELOCIVS VLLVM:

175 Mobilitate viget, viresq; acquirit eundo.

Parua metu primo, mox sese attollit in auras:

Ingrediturq; solo, & caput inter nubila condit.

Illam terra parens ira irritata deorum

Extremam (vt perhibent) Cæo, Enceladoq; sororem

180 Progenuit, pedibus celerem, & pernibus alis:

Monstrum horrendum, ingens, cui quot sunt corpore plumæ,

Tot vigiles oculi subter (mirabile dictu)

Tot linguæ, totidem ora sonant, tot subrigit aures.

185 Nocte volat cæli medio, terræq; per vmbra,
Stridens, nec dulci declinat lumina somno:
Luce sedet custos aut summi culmine tecti,
Turribus aut altis, & magnas territat vrbes:
Tam ficti, prauiq; tenax, quam nuntia veri.

EXTEMP. LIBYÆ MAG. IT FAM. PER VRB.) A
vt rectè facta, sic & peccata Principū longè citius, atq;
etiam longè latius diuulgantur. Habet enim hoc pri-
mum magna fortuna, inquit in Panegy. Plinius, quod
nihil reatum, nihil occultum esse patitur: Principum
verò non modo domos, sed cubicula ipsa, intimosq; se-
cessus recludit, omniaq; arcana noscenda famæ propo-
nit, atque explicat. Quin, vt traditum est à Plutarcho,
lib. In principe requiri doctrinam: minima etiam no-
bilitatem, & illustriū delicta calumniantur homines. Ca-
toni vinum obijciebatur: Scipioni somnus: Lucullus
ob cœnas sumptuosiores male audiebat. Quò spectat
Iuuenalis illud.

Omne animi vitium tanto conspectius in se
Esse solet, quanto maior qui peccat habetur.

Et confirmatur eleganti similitudine à Plutarcho ali-
cubi posita. In facie inquit, plus offendit næuus, aut
verruca: sic exigua delicta magna videntur in Principe,
cuius vita in conspectu. Nec inconsultò positum cre-
das, per magnas vrbes. Nam cum ferè otiosorum ho-
minum sit captare rumusculos, & rebus nouis aures de-
dere, in amplis ciuitatibus plurimi reperiuntur otiosi,
& eò magis importantur narrationes huiuscemodi. A-
thenienses hoc morbo laborasse indicat in Olynthiacis
Demosthenes, & D. Lucas in Actis Apostolicis, eos ad
nihil aliud vacasse ait, quam ad res nouas audiendas.
Paruæ vrbes negotijs, & rei familiari intentæ, aures fa-
migeratoribus oclusas habent. Quid multa? Nihil est
pigrius delicatis, aut curiosius otiosis, ait Plin. in ep. 38.

FAMA, MALVM QVO NON) Describit & Valerius
Flaccus famam lib. 2. ad hunc modum.

Quæ pater omnipotens digna atq; indigna canentem,
Spargentemq; metus placidis regionibus arces
Ætheris: illa fremens habitat sub nubibus imis,
Non erebi, non diua poli, terrasq; fatigat,
Quæ datur, audentem primi spernuntq; fugantq;
Mox omnes agit, & motis quatit oppida linguis.

At multò sanè copiosius, multoq; disertius, & elegan-
tius, & lepidius Naso Metamorph. lib. 12. quamquam
ille domum potius famæ, quam ipsam famam descri-
bit. Veruntamen ita istuc præstat, vt præclare quæ sit
natura, quod ingenium famæ, intelligatur. Carmina
sequuntur.

Orbe locus medio est inter terrasq; fretumq;
Caestesq; plagas triplici confinia mundi,
Unde quod est vsquam, quamuis regionibus absit,
Inspicitur, penetratq; cauas vox omnis ad aures:
Fama tenet, summasq; domum sibi legit in arce.
Innumerosq; aditus, ac mille foramina tectis
Addidit, & nullis inclusit limina portis.
Nocte, dieq; patet, tota est ex ære sonanti,
Tota fremit, vocesq; refert, iteratq; quod audit.
Nulla quies intus, nullaq; silentia parte.
Nec tamen est clamor: sed parua murmura vocis,
Qualia de pelagi (si quis procul audiat) undis
Esse solent, qualemue sonum, cum Jupiter atras
Increpuit nubes, extrema tonitrua reddunt.
Ætriaturba tenet, veniunt leue nulgus, euntq;
Mistaq; cum veris passim commenta vagantur.

Millia rumorum, confusaq; verba volutant,
& quibus hi vacuas implent sermonibus aures,
Hi narrata ferunt alio, mensuramq; ficti
Crescit, & auditis aliquid nouus adijcit auctor.
Illic credulitas, illic temperari error,
Vanaq; letitia est, consternatiq; timores,
Seditioq; recens, dubioq; auctore susurri,
Ipsa, quid in celo rerum, pelagoq; geratur,
Et tellure, videt, totumq; inquirat in orbem.

De famæ item natura, proprietateq; grauitate, eruditeq;
Tertullianus in Apologetico, occasione sumpta ex hoc
loco Virgilij, quem profert, cap. 8. Sic autem habet.
Natura fama omnibus nota est. Vestrum est, fama ma-
lum, quo non aliud velocius ullum. Cur malum fama?
quia velox, quia plurimum mendax: quæ ne tunc quidem,
cum aliquid veri affert, sine mendacij vitio est, retrahens,
adiiciens, demutans de veritate. Quid quod ea illi condi-
tio est, vt non, nisi cum mentitur, perseueret? & tam diu
vinit, quam diu non probat. Siquidem vbi probauit, cessat
esse, & quasi officio nuntiandi functa, rem tradit: & ex-
inde res tenetur, res nominatur. Nec quisquam dicit (ver-
bi gratia) fama est, hoc Roma factum, aut fama est, illum
provinciam sortitum: sed sortitus est ille provinciam: &
hoc factum est Roma. Fama incerti est: locum non habet,
ubi certum est. An verò fama credat, nisi inconsideratus?
quia sapiens non credit incerto. Omnium est estimare,
quantacumq; illa ambitione diffusa sit, quantacumq; asse-
neratione constructa. Quòd ab vno aliquando principe
exorta sit, necesse est, exinde in traduces linguarum, & au-
rium serpat. Et ita modici seminis vitium exorta rumoris
obscurant, vt nemo recogitet, ne primum illud os menda-
cium seminauerit: quod sepe fit aut ingenio emulationis,
aut arbitrio suspicionis, aut non noua, sed ingenita quibus-
dam mentiendi voluptate. Bene autem, quod omnia tem-
pus reuelat, testibus etiam vestris prouerbij atq; senten-
tij, ex dispositione natura, quæ ita ordinauit, vt nihil diu
lateat, etiam quod fama non distulit.

NON ALIUD VELOCIVS VLLVM) Iustin. lib. 2.
Ibi ante cōgressionem, cum classēs (Græcorum & Per-
sarum) ex aduerso starent, fama ad vtrumq; exercitum
venit, vicissè Græcos, & Mardonij copias occisione oc-
cidisse. Tantam famæ fuisse velocitatem, vt cum matu-
tino tempore prælium in Bœotia commissum sit, meri-
dianis horis in Asiam per tot maria, & tantum spatij,
tam breui horarum momento de victoria nuntiatum
sit.

PARVA METV PRIMO, MOX SESE) Ab Ho-
mero mutò sumpsit, qui eadem de Contentione lib.
4. Iliad. scripsit.

Ἡτ' ὀλίγη μὲν πρῶτα κορύσσει, αὐτὰρ ἐπειτα
Ὀυρανὸν ἐσέειξεν κέρον, ἃ ὄπι χθονὶ βαίνε.

Quæ primum attollit se parua: sed inde per arces
Firmanit caput aetheras, tellureq; vadit.

[Et secundum Versum (Ingrrediturq; solo) à Callimacho quoque,
qui sic hymno ad Cererem. ἰμμετρε μὲν χέρον, κισθαλά δ' οἱ ἦσαν ὀ-
λύμπων.] Reprehendit hunc locum Macrobius lib. 5. c. 14.
quem defendit Iouian. in dial. Antonij. Vtriusque di-
sputationem cognoscere fuerit operæpretium. Ma-
crob. igitur sic: Homerus ἔειπεν, hoc est, contentionem à
paruo

paruo di-
vsg; subc
congruē
nis & fan
tiones, &
net ipse
dit, fan
enim iam
nota sit
ille, calu
non aequ
in omni
tionem
vbiq; illa
Iouia
sus facer
ille hyp
cere. O
gilius in
plura fa
lis misce
dic inter
& mag
ras, &
solo fa
cerner
absc
veras
nub
los c
dent
nec
sunt,
tur ig
deris,
dicas,
se defi
passim
protes
erit di
Nec, r
Nec, A
quam
scrip
derq;
lexand
fama,
definit
ta not
lem fi
mus in
ratum
victori
fisse, e
nus di
faman
vetust
quod
cogni
re non
quid
tustiff
nunc
rarum
opera
fulun
tis se

paruo dixit incipere, & postea in incrementum cælum A usque subcrefcere. Hoc idem Maro de fama dixit, sed incongruè. Neq; enim æqua sunt argumenta contentio- nis & fama. Quia contentio etsi usque ad mutuas vastationes, & bella processerit, adhuc contentio est, & manet ipsa quæ creuit: fama verò cum in immensum pro- dit, fama esse iam desinit, & fit notio rei cognita. Quis enim iam famam vocet, cum res aliqua à terra in cælum nota sit? Deinde nec ipse hyperbolen potuit æquare. Ille, cælum dixit: hic, auras & nubila. Hæc autè ratio fuit non æquandi omnia, quæ ab auctore transcripsit, quod in omni operis sui parte alicuius Homericæ loci imita- tionem volebat inferere: nec tamen humanis viribus ubiq; illam diuinitatem potuit æquare.

Iouianus contrà. Nesciebas, puto, Grammaticæ, ver- sus facere: qui non videri tribus tantum syllabis potu- isse hyperbolen æquare, & caput inter sidera condit, di- cere. O crassum, & supinū ingenium. Atqui noluit Vir- gilius intra sidera dicere. Nam cum intelligeret famam plura sæpe, quæ certa non essent, diuulgare, ac fera fal- sis miscere, & facta atq; infecta nuntiare, caput eius cõ- dit intra nubila, cum cæterum corpus videri dicat. Itaq; & magnitudinem eius ostendit, cum attollit eam in au- ras, & versati inter homines docet, cum ingredi eam solo facit, & quod multa secum ferret, quæ non statim cernerentur, verè an falsa essent, inter nubila caput abscondit. Etenim cum oculis nostris offusa nubes est, veras cernere rerum species nequimus. Vnde ipse alibi nubè, quæ mortales hebetaret sensus, caligaretq; ocu- los circum, eripit. Agnoscitis singularem Maronis pru- dentiam, Grammaticis non modo non perspectam, sed nec nisi maximis quidem poetis perspectabilem. Non sunt, inquit, æqua famæ contentioisq; argumenta. De- tur ignorantia hominis, non esse paria. Sed tu mihi vi- deris, bone Macrobi, fama quid sit, non intelligere, qui dicas, eam postquam in immensum prodijt, famam esse desinere, ac rei cognita notionem esse. Quod si sit, passim Liuium, Sallustium, Ciceronem, & rerum scri- ptores alios errare inuenimus, nec permissum nobis erit dicere, fama prælij ad Cannas facti adhuc manet. Nec, rerum à Pop. Rom. gestarum fama perpetua erit. Nec, Atheniensium res gestæ minores aliquanto fuere, quam fama feruntur. Nec, famæ consulendū est. Atqui scriptores famæ potissimum student. Et Cæsar, Alexan- derq; plura famæ gratia fecisse videntur: nec temere A- lexander dicebat: fama, bella constare. Aliud est igitur fama, quam quod tu Grammaticæ putas: nec fama esse desinit, cum in immensum creuit, efficiturq; rei cognita notio, vt tu ipse garris. Nam & Ciceronem consu- lem fuisse planè scimus: tamen famam consulatus dici- mus magnam adhuc esse, & Annibalem in Africa supe- ratum fuisse à Scipione notissimum est: tamen famam victoriæ eius extare dicimus. Cæsarem maximas res ges- sisse, etiam mulierculis notum est. Num propterea mi- nus dicimus, rerum à Pompeio, quam à Cæsare gestarū famam minorem esse? aut Alexandri famam nulla posse vetustate obliterari, licet eius facta sint cognitissima: Et quod ab occasu solis ad ortum usque Herculis labores cogniti sunt, famam propterea Herculis laborum dice- re non licebit? Desine igitur oblatrare cætelles, & fama quid sit, quot etiam dicatur modis, discere: nam & ve- tustissimarum rerum celebritas fama dicitur, vt quæ nunc à Turcarum geruntur rege, fama per orbem ter- rarum feruntur: & qui nunc scribendis annalibus dant operam, famæ suæ, illorumq; de quibus scribunt, con- sulunt: & fama est, gentes qualdam vagantes, atq; incer- tis sedibus vitam agere: & nescio cur pecuniæ magis

quam famæ seruiendum sit: ac si quibus alijs modis fa- ma inter loquendum, scribendumq; vsu venit.

Quæ nugantur Grammatici de Eride Homericæ, & fa- ma Virgiliana, valde ridicula sunt, inquit Scalig. Poet. lib. 5. c. 3. Clamant, quod Maro de fama dixit, eam inter nubila caput condere: quum tamè Homerus, vnde ipse accepit, in cælo caput Eridis constituat. Iam tibi pro me respondeo. Non sum imitatus. Nolo imitari. Nō placet. Non est verum, contentionem ponere caput in cælo. Ridiculum est, fatuum est, Homericū est, Græculum est, Virgilianum non est, Romanum non est. Præterea later eos vis iudicij Maroniani. Abscondit enim famæ caput nubibus propterea, quod famæ caput, id est, auctor ru- morum ferè incertus est. Et dixit nubila, non, cælum: quia ad nubes usque peruenire à terra clamor potest.

ILLAM. T. P. IRA IRRIT. DEORVM) De Cælo, & reliquis gigantibus è terra procreatis, qui cælum oppu- gnare sunt ausi, est Georg. 3.

--- tum partu terra nefando

Cæumq; Iapetumq; creat. seuumq; Typhæa, Et conuertos cælum rescindere fratres.

Deturpat igitur eam à genere, cum gigantum sororem esse dicit. Et in eo ipso, quod extremam ait editam, vi- tuperatio est. Qui enim multorum extremus nascitur, is, vt Physici dicunt, inutilis est, atque omnium pessimus. Illud, ira irritata deorum, Seruius vult esse ἀμφοβολον. Vel sua ipsius ira propter extinctos gigantes, de quo in 1. Metamorph. Ouid. vel ira, quæ extinxerat gigantes, cælum videlicet affectantes. Dicitur autem terra parens generatim, quia mater est rerum omnium. Columell. lib. 1. præfat. Neq; prudentis est credere, tellurem, quæ diuinam, & æternam iuuentam sortita, communis om- nium parens dicta sit, quia cuncta peperit semper, & de- inceps paritura sit, velut hominem consenuisse. Hinc il- la interpretatio somnij, quo perturbatur Iulius Cæsar, vt refert Sueton. cap. 7. In vrbe etiam confusum eura somnio proximæ noctis (nam visus erat per quietem matri stuprum intulisse) coniectores ad amplissimam spem incitauerunt, arbitrium orbis terrarum portendi interpretantes, quando mater, quam subiectam sibi vi- disse, non alia esset, quàm terra, quæ omnium parens haberetur. Quam meritò item Terra mater dicatur, in- dicat his versibus Lucretius lib. 2.

Omnibus ille idem pater est, vnde alma liquentes Humorum guttas mater cum terra recepit, Fæta parit nitidas fruges, arbutaq; leta, Et genus humanum: parit omnia secla ferarum, Pabula cum prebet, quibus omnes corpora pascunt: Et dulcem ducunt vitam, prolemq; propagant. Quapropter meritò maternum nomen adepta est. Et copiosius lib. 5.

Linguitur, vt meritò maternum nomen adepta Terra sit, è terra quoniam sunt cuncta creata. &c.

MONSTRVM HORRENDVM, INGENS) Cha- racter, est dictio similis eius rei, cuius nota est, substan- tia, quantitate, qualitate. Est in Fama substantia sua, mon- strum. Est quantitas, ingens. Est qualitas, horrendum. Rei dictio similis. Namq; in voce hac, monstrum, aspe- ritas est. In hac, ingens, magnitudo. In hac, horrendum, sanè horror. Scalig. Poet. lib. 4. cap. 1.

CVI QVOT SVNT. C. PLVMÆ) Fama: quot sunt in corpore plumæ: tot vigiles oculi sunt subter plumas, singuli sub singulis. Modicius.

TOT SVBRIG. AVRES) Subrigere, siue sutrigere est extollere, arrigere, & erigere. Glossæ veteres, subrigit, ὑπορθοί, ὑπορθεύει, subriigo, ἀναθελίζω, ἀνορθώ. Significat idem Virgilius, quod Terentius, arrige auris Pampibile.

TAM FICTI. P. TEN. Q. NVNT. VERI) Ouid. 9. A nouellantes nominant, & pretio à viris summatibus cōducuntur. Plaut. Trinum.

----- cum fama loquax peruenit ad aures

Deianira tuas, qua veris addere falsa

Gaudet: Et è minimo sua per mendacia crescit.

Hactenus de natura famæ. Famigeratores appellantur rumigeruli, quasi famæ, rumorumque gestores, qui libenter apportant aliquid noui, quos hodie Germani

Ego de eorum verbis famigeratorum inscius,

Profilui amicum castigatum innoxium.

Quod si exquiratur vsq; à stirpe auctoritas

Unde quidquid auditum dicant, nisi id appareat,

Famigerator iure fiet cum damno Et malo. 35

Hæc tum multiplici populos sermone replebat

190 GAUDENS: ET PARITER FACTA, ATQVE INFECTA CANEBAT:

Venisse Æneam Troiano à sanguine cretum:

Cui se pulchra viro dignetur iungere Dido.

Nunchyemem inter se luxu, quam longa, fouere,

Regnorum immemores, turpiq; cupidine captos.

195 Hæc passim dea fœda virum diffundit in ora.

Protinus ad regem cursus detorquet Iarbam,

Incenditq; animum dictis, atq; aggerat iras,

Hic Ammone satus, rapta Garamantide nympa,

Templa Ioui centum latis immania regnis,

200 Centum aras posuit, vigilemq; sacrauerat ignem.

Excubias diuum æternas: pecudumq; cruore

Pingue solum, & varijs florentia limina fertis.

Isq; amens animi, & rumore accensus amaro,

Dicitur ante aras, media inter numina diuum,

205 Multa Iouem manibus supplex orasse supinis.

MULTIP. POP. SER. REPLEB.) Quia non idem B cap. 26. Idem lib. 26. cap. 5. centum, vt apud Homerum, semper eadem de re nuntiari referri que: sed quod exiguum est, sæpenumero augeri, maiusq; fieri solet, ideo dictum, *multiplici populos sermone replebat*. Quamobrem & hoc sensu illud accipi potest, quod paulò ante dictum est, *Et virus acquirit eundo*.

GAUDENS) Læticia fingitur in fama, quia homines rebus nouis maximè delectantur, & miram exijs, iucunditatem capiunt.

PARITER FACTA, A. INFECTA CAN.) Qui læta nuntiant, ideo affingunt quædam, vt ea ipsa faciant lætiora. Sed cur tristibus affinguntur tristia? nisi quia delectat famam mentiri, & abuti credulitate hominum: *von hören sagen leugt man gern.*

PULCHRA DIDO) Emphasin habet, quæ propter eximiam pulchritudinem cuius magno Africæ Principi vxor fuisset gratissima.

QVAM LONGA) Sic lib. 8. *Tibrim fluium, quam longa est, nocte tumentem*. Hyemem totam ait eos luxu, voluptatibusque consumere: & periphrafi obscenitatem euitauit: nam in alijs delicijs illorum, etiam *τὰ ἀπερσίτια* intelligenda sunt. Propterea sequitur, *turpiq; cupidine captos*.

REGNORVM IMMEMORES) istam, sui Carthaginensis: vnde infra, *pendent opera interrupta*: illum, Italiæ, quò tendebat.

HIC AMMONE SATVS) Iupiter Ammon, in Africa, D pater fuit Iarbæ. Paululum digreditur, vt regis huius genus, religionemq; describat.

TEMPLA IOVI CENTVM) Numerum templorum, vt reor, amplificauit. Obiter autem significauit, Iarbam conditorē templi Iouis Ammonis fuisse, quod apud Garamantas oraculo nobile erat. Turneb. lib. 24.

VIGILEMQUE SACRAVER. IGNEM) Vt in Pry-

taneis Græciæ peruigil erat, æternusque ignis: sic & in templo Iouis Ammonis, vel Plutarcho teste, lib. De defectu oracul. sic enim scribit, *νεωσι δὲ γεγωνὸς παρ' Ἀμμωνα, τὰ μὲν ἀλλοτῶν ἐκεῖ δὴλ. ἢν μὴ πᾶσι τεθαυμακῶς, πρὸς δὲ τὸ λύχρη τὸ ἀσβεστὸν διηγείτο λόγον ἄξιον σπουδῆς.*

Non est igitur illud à poeta ex illo poeticorum figmentorum, & mendaciorum licentia, & impunitate excogitatum, sed ex fide historiæ commemoratum. Turneb. lib. 2. cap. 14. * Præter ignem illum Vestalium, quem inextinctum seruare debebant, nisi à Pontifice verberibus sellent multari, inuenimus & alios perpetuos, ac peruigiles ignes, vt in Ptoleadi Minerva templo in Attica, apud Delphos, apud Persas, & alibi. Ad Alex. ab Alex. lib. 5. cap. 12.

ISQVE AMENS ANIMI) Mens animi dicunt boni auctores, Catullus, Plautus, Lucretius. Sic ingenium animi dixit poeta quidem vetus apud Cornificium lib. 2. Sin inuerecundum animi ingenium possidet. Ex Muret. in Catull. * Ergo amens animi dicitur (quod Muretus videtur selle) qui nullam mentem animi habet, vt Plautus loquitur, qui vix apud se est, præ affectu aliquo ingenti.

MANIB. SUPPLEX ORASSE SUPIN.) sic lib. 3. Æneid. *tendoq; supinas Ad calum cum voce manus*. Hor. Ode 23. lib. 3.

Celo supinas si tuleris manus

Nascente luna rustica Phidile.

Adde ex Ouid. 8. Metam. à Germano citatum.

Attoniti nouitate pauent, manibusq; supinis

Concipiunt Baucisq; preces, timidusq; Philemon.

Immodè adde ex lib. 1. Formular. Brissonij, vbi prolatis in medium locis plurimis, veteres sublatis, & passis ad cælum manibus preces concepisse docet pag. 39. & 40. lib. 3.

Lib. 3. Æneid. At pater Anchises passis de littore palmis Numina magna vocat. Passis palmis, Nonius apud Ennium Annal. 10. exponit, patentibus, & extensis. Poetas mitto libens. Liuius lib. 1. de Camillo. Dicitur ma-

Annus ad cælum tollens ita precatus esse. Idem lib. 36. Nixæ genibus, supinas manus ad cælum, ac deos tendentes, orantesque. Vide cætera.

Iupiter omnipotens, cui nunc Maurusia pictis
Gens epulata toris Lenæum libat honorem,
Aspicias hæc? an te, genitor, cum fulmina torques
Nequicquam horremus? cæciq; in nubibus ignes
210 Terrificant animos, & inania murmura miscent?
Fæmina quæ nostris errans in finibus, urbem
Exiguam pretio posuit, cui littus arandum,
Cuiq; loci leges dedimus, connubia nostra
Reppulit, ac dominum Ænean in regna recepit.
215 Et nunc ille Paris cum semiuirò comitatu,
Mæonia mentum mitra, crinemq; madentem
Subnixus, raptò potitur: nos munera templis
Quippe tuis ferimus, famamq; fouemus inanem.

IVPIT. OMNIP. CUI NVNC MAVR.) Expo- B stulatoria oratio. Expostulat autem cum Ioue patre suo, de iniuria à Didone sibi illata, à qua receptus aduena, ipse exclusus. Indignitatem rei exaggerat à circumstantijs, utpote cui ipse cum gente sua late sacrificet. Æneam contemnit, &c. Montfortius.

ASPICIS HÆC? AN TE CVM FVL. TORQ.) Dubitasse veteres certum est, num esset prouidentia, & an res hominum deo curæ essent, quia bonis mala, contra malis bona videbant euenire. Miratur etiam Chorus in Hippolyto apud Senecam act. 3. cum reliqua rectè gubernentur à deo, res humanas ab eo negligi, quod ex eodem argumento demonstrari putat, de quo iam dicebamus. Sed causam dubitandi nullam esse ostendunt C viri sancti, in primisq; D. Chryostomus. Ostendit item peculiari libello Seneca. §.

CÆCIQVE IN NVB. IG. TERRIF. AN. ET IN- AN. MVR.) Lucret. lib. 1. & 4. Et quæ res nobis vigilantibus obuia mentes Terrificet. Catull. de nuptijs, Horrificans Zephyrus. Noster infra, Multaq; præterea vatium prædicta priorum Terribili monitu horrificant. Opinio erat, ab Ioue mitti fulmina, quod Epicurei negant, ad quorum sententiam Maro respexit. Idè Lucretio cognosci potest, lib. 5. ne diutius hic immorer, ait Turneb. lib. 24. cap. 26. Recurre ad illud lib. 1. O qui res hominumq; deumq; Aeternis regis imperiis, & fulmine terras. Docuimus ibidem ex Seneca, quamobrem Iouem fulminatorem finxerit vetustas. Idem philosophus cap. 43. & 44. lib. 2. duas quæstiones persoluit, quare id fulmen, quod solus Iupiter mittit, placabile sit: perniciosum autem id, de quo deliberauit, & quod alijs quoque dijs auctoribus misit. Item cur existimatu sit, Iouem tela mutare. Quia, inquit, Iouem, id est, regem, prodesse etiam solum oportet: nocere non, nisi cum pluribus visum est. Discant hoc ij, quicumque magnam potentiam inter homines adepti sunt, sine consilio nec fulmen quidem mitti: aduocent, considerent multorum sententias, placita temperent, & hoc sibi proponant, ubi aliquid percuti debet, ne Ioui quidem suum satis esse consilium. In hoc quoque tam imperiti non fuere (antiqui) ut Iouem putarent tela mutare. Poeticam ista licentiam decent.

Est aliud leuius fulmen, cui dextra Cycloppum Senitia, flammæq; minus, minus addidit ira: Tela secunda vocant superi.

Illos verò altissimos viros error iste non tenuit, ut existimarent Iouem modò grauioribus modò leuioribus fulminibus, & lusorijs uti: sed voluerunt admonere, eos quibus aduersus peccata hominum fulminandum est, non eodem modò esse omnia percutienda: quædam frangi debere, quædam elidi & destringi, quædam admoueri.

De timore, atq; hortore hominum, eiusq; causa, cum tonat cælum, & fulmina cadunt, iucundum erit cognoscere versus Lucretij lib. 5.

Præterea cui non animus formidine diuim
Contrahitur? cui non conrepunt membra pauore,
Fulminis horribili cum plaga torrida tellus
Contremit, & magnum percurrunt murmura calum?
Non populi, gentesq; tremunt? regesq; superbi
Conripunt diuim percussis membra timore,
Ne quod ob admissum fæde, dictumq; superbè
Pœnarum graue sit soluendi tempus adactum?

* Vsq; adeo porò terrificant animos ignes illi cæci, ut etiam inde numen in calo esse creditum, ac timeri captum sit. Petronius Arbitr.

Primus in orbe deos fecit timor: ardua cælo
Fulmina cum caderent, discuffaq; mœnia flammis,
Atq; ictus flagraret Athos.

Sueton de Tiberio, cap. 69. Circa deos ac religiones negligensior: quippe additus mathematica, persuasioneq; plenus, cuncta Fato agi, tonitrua tamen præter modum expauescebat, & turbatiore calo nunquam non coronam lauream ceruice gestauit, quod fulmine afflari negetur id genus frondis. Idem de Caligula, cap. 31. Nam qui deos tantopere cõtemneret, ad minima tonitrua, & fulgura conuicere, caput obuoluere: ad verò maiora proripere se è strato, subleuatumq; condere solebat. At gens quadam Thracia, tonante calo & que adeo non metuebat, ut etiam in sublime iacula mitteret, illiq; deo minitaretur, quod nullum alium præter suum putaret. Herodotus lib. 4.

FÆMINA QVÆ NOST. ERRANS IN FINIB.) Malè audiebant apud veteres peregrina. Hinc est quod Medea apud Ennium Corinthijs matronis persuadere conatur, ne sibi illæ vitio verterent, quod procul abesset à patria. Auger etiam quod ait, nostris in finibus. Nascimb.

DOM. ÆN. IN REG. RECEPIT) Domini vox propria

prie non nisi seruis vsurpanda: seruorum, inquam, do-
mini dicuntur: sic dominorum serui. Quare meritò
Tiberius, vt retulit Annal. lib. 2. Tacitus, acerbè incre-
puit eos, qui ipsum dominum dixerant. [*Sueton. in eius
vita, cap. 27. cuidam dominum se appellanti denuntiavit, ne se am-
plius contumelia causa appellaret.*] Legimus & Adrianum
repudiasse hoc nomen, vt per se quiddam durius, & ty-
rannicum sonans. Alexander Seuerus, teste Lampridio,
dominum se appellari vetuit, & epistolas ad se tanquam
ad priuatum scribi iussit, seruato tantum nomine Im-
peratoris. Reperio, inquit Lipsius in Tacitum, Augusti
æuo, & infra, à liberis patres appellatos dominos: & à
fratribus blandientibus fratres. Quod tamen Augustus
in domo sua vetuit. Sueton. dominum appellari se nec
à liberis quidem, aut nepotibus suis, vel seris, vel ioco
passus est: atque huiusmodi blanditias etiam inter ipsos
prohibuit. Tangit ecce vtrumque morem. Quod pa-
tres domini, etiam ex Diadumeni Cæsaris epistola cog-
noscitur, ad matrem. Lamprid. Dominus noster, & Au-
gustus nec te amat, nec ipsum se, qui inimicos suos ser-
uat. Et clarè ex illo Martialis.

E seruo scis te genitum, blandèq; fateris,

Cum dominum appellus Sosibiane patrem.

Quod fratres sic dicti, locus elegans Seneca epist. 105.
Illud mihi in ore erat domini mei Gallionis, qui cum in
Achaia febrem habere cepisset, cõfestim nauim cõscen-
dit: clauitans, nõ corporis esse, sed loci morbum. Nam
loquitur de fratre Iunio Gallione. Præterea sicut mariti
vxores dominas, sic ipsæ viros dominos videntur ap-
pellasse, vt hic locus Virgilij testari potest. Quamuis eti-
am pro rerum potente per contemptum, & *εἰρωνείαν*
dictum sit fortasse. Insuper obuios vulgò dominos ap-
pellabant. Idem Seneca. Quomodo obuios, si nomen
non occurrit, dominos salutamus. * *Habet igitur quintu-
plicem ssum huius vocis dominus, idq; diligentia & obseruatione
Lipsij. Quod ait, vxores videri maritos appellasse dominos, scimus
hunc morè in epistola catholica, à D. Petro in Sara laudari, & eam
in hoc exemplo faminis Christianis proponi. Sicut Sara obediebat
Abraham, inquit, dominum eum vocans. Et Bethsabe Dauidem,
Viuat, dominus meus Dauid, in æternum. Sed Lipsius de non san-
ctis, neq; de talibus locutus est faminis. Tamen hoc poetam soluisse,
sine piaculo affirmare liceat.*

MÆONIA MENT. MITRA) Turneb. lib. 4. cap. 14.
sic locum explanat. Sub mitra crinem, mentumq; sub-
iectum habens. Mitram autem gestasse viris turpe, &
molle censebatur. Lucian. *ἐν γέρωθε χερειμένος βοσρύγος
τῆς μίτρας τόντος ἀνελημμένος.* Et Iuno Ioui Bacchi molli-
tiam obijciens apud eundem, ait, *μίτρα ἀναδεδεμένος τὴν
κομὴν.* Quin & *ἄλλυμύτρης* per probum illic vocatur. Et
9. Æneid. *Et habent redimicula mitra.* Lydorum tamen,
& Phrygum tegmen capitis erat, parum virile habitum.
Idem Turneb. lib. 29. cap. 25. Æneam vt semiuirum, &

mollem incessit Iarbas: mitram enim Lydorum, &
Troianorum gerebant mulieres, viris probrosam. Sed
& multo magis, cum redimiculum habebant, vt in 9.
Et tunica manicas, Et habent redimicula mitra. Mitrae re-
ligantur. sed & de mitris redimiculum habentibus Eu-
ripides Hecuba. *ἐγὼ δὲ πλόκωμον ἀναδέτοις μίτρασιν ἐπ-
ρίθμιζομαι.*

ET NVNC ILLE PARIS CVM SEM. COMIT.)

A Didonis persona ad Æneam transit, quem per pro-
nominationem contemnit: appellat eum Paridem, hoc
est, lasciuum, effeminatumq; hominem, & alienarum
vxorum oppressorem, qualis ille fuit. Quin Troianos
omnes à mollitie corporis, & animi perstringit, vt Nu-
manus 9. Æneid. *O verè Phrygia, neq; enim Phryges.* Idè
eos ab habitu vituperat, vt hic à mitrarum gestione, &
vnguētis, *Vobis picta croco, Et fulgenti murice vestis, De-
sidia cordi.* Inuidiosa postmodum exprobratione Io-
uem iniustitiæ arguit, illiusq; potestatem deridet, quasi
nulla sit: propterea, quod nec impios punit, nec bonos
religionisq; studiosissimos, quod digni sunt premio, af-
ficit. Ex quo colligi vult, aut eum non esse deum, vt ho-
minum vulgus credit: aut si sit, iniquum esse. Nascimb.

CRINEMQVE MADENTEM) Coma tam apud
Græcos, quam Latinos mollitiei semper signum fuit:
comatum enim puerum Græci probri causa dicunt. Et
Cicero passim, capillum nunc compositum, & delibu-
tum, nunc comptum & madentem, nunc calamistra-
tum in vnguentato cõsule incessit. Non igitur mirum,
si & Maro madentem crinem Mæonia suffultum mi-
tra reprehendat. Pierius lib. 32.

RAPTO POTITVR) In similem sententiam Tibul-
lus eleg. 5. lib. 1.

*Omnia persolui, fruitur nunc alter amore,
Et precibus felix utitur ille meis.*

German.

NOS MVN. TEMP. QVIPPE) Phædria in Eu-
nucho, cum suam in Thaidem liberalitatem memo-
rasset, addit, *Tamen contemptus à te.* Super ijs verbis Do-
natus. Et hoc seruatur in beneficijs. Nam maiora sunt,
cessantibus meritis eorum, quibus præstantur. Ob hæc
facta à te spernor. Subijcit deinde huc Maronis versum
ad confirmandum.

Cum autem dona, aut munera numini alicui of-
ferrent, credibile est eos his verbis vsos, Accipe libens.
Tibull. lib. 4. *Magne Geni, cape thura libens.* Seneca in
Agamemnone. *Generis nostri Jupiter auctor, cape do-
na libens.* Etiam preces suas cum precaretur, rogabant
accipi. Cum illud, tum hoc pluribus exemplis ostendit
Briffon. Formular. lib. 1. num. 33.

Talibus orantem dictis, arasq; tenentem

220 Audijt omnipotens: oculosq; ad mœnia torfit

Regia, ET OBLITOS FAMÆ MELIORIS AMANTES.

Tunc sic Mercurium alloquitur, ac talia mandat.

Vade age nate, voca Zephyros: & labere pennis,

Dardaniumq; ducem, (Tyria Carthagine qui nunc

225 Exspectat, fatisq; datas non respicit vrbes)

Alloquere, & celeres defer mea dicta per auras.

Non illum nobis genitrix pulcherrima talem

Promisit, Graiùmq; ideo bis vindicat armis:

Sed fore qui grauidam imperijs, belloq; frementem

Italiam

230 Italiam regeret, genus alto à sanguine Teucris
Proderet, ac totum sub leges mitteret orbem.

SI NVLLA ACCENDIT TANTARVM GLORIA RERVM,
NEC SVPER IPSE SVA MOLITVR LAVDE LABOREM:

Ascanione pater Romanas inuidet arces?

235 Quid struit? aut qua spe inimica in gente moratur?
Nec prolem Aufoniam, & Lauinia respicit atua?

Nauiget. HÆC SVMMA EST, HIC NOSTRI NVNTIVS ESTO.

ARASQVE TENENTEM) Est profundam scientiam huius poetæ in vno saepe verbo reperire, quod fortuitò vulgus dictum putaret. Multifariam enim legimus, quod litare sola nõ possit oratio, nisi & is, qui deos precatur, etiam aras manibus apprehendat. Inde Varro rerum diuinar. lib. 5. dicit, aras primum ansas dictas: quod esset necessarium à sacrificantibus eas teneri. Ansis autem teneri solere vasâ quis dubitat? Commutatione ergo litterarum aras dici cœptas, vt Valefios, & Fufios dictos prius, nunc Valerios, & Furios dici. Hæc omnia isto poeta executus est versu. Nonne eò additū credideris, non quia orabat tantum, sed quia & aras tenebat, auditum? Nec non cum ait, Talibus orabat diis, arasq; tenebat. Item lib. 12. Tango aras, mediosq; ignes, & numina testor, eandem vim nominis ex apprehensione significat. Macrobi. Saturn. lib. 3. cap. 2. * De consuetudine aras tenendi, & amplectendi inter precandum, locos auctorum producit Briffon. Formular. lib. 1. pag. 40. Etiam aras tangebant, seu tenebant, qui sanctè iurabant. Cic. pro Flacco. Ergo is, qui, si aras tenens iuraret, crederet nemo, per epistolam qua Voluit, iuratus probabit? Probus in Annibale. Simulq; ad aras adduxit (Hamilcar Annibalem filium novennem) apud quam sacrificare instituerat: eamq; ceteris remotis, tenentem iurare iussit, nunquam me in amicitia cum Romanis fore. Narrat enim hæc de se ibidem Annibal.

OBLITOS FAMÆ MEL. AMANTES) non coniuges, sed amantes. Nam & ipse Æneas infra, nec coniugis unquam Pretendi tædas. Ergo hic etiam Æneas reprehenditur, vt qui bonam famam cupiditati suæ posthabuerit, irretitus, & captus fœmineis illecebris. Nec verò cum de Didone vulgaretur vitium, poterat de Æneâ rumor secundus spargi. Et obserua, poetam neglectæ famæ iam tertium facere mentionem. Vnde & semetipsum latenter bonæ famæ studiosum ex contrario videtur innuere.

VADE AGE NATE) Ex Homero Iliad. 6. vbi Somnus à Ioue ad Agamemnonem cum mandatis mittitur.

Βάσι' ἴθι ἕλε' ὄνειρε Δοῦς ὄπ' ἦναι ἀγαθῶν,
Ἐλθὼν ἐς κλισίην ἀγαμέμνονος ἀτρεΐδου
Πάντα μάλ' ἀτρεκέως ἀγορεύειν, ὡς ὀπίελλα.

— Vade ad celeres Somne improbe naves
Argiuum, magniq; potens tentoria Atrida
Intrato, tum deinde hac qualia nunc tibi mando,
Talia verba refer.

Mittitur idem Mercurius etiam lib. 1. ab Ioue Carthaginem ad animos Carthaginensium, & Regina Troianis hospitiibus mox aduenturis præparandos. Quid mirum? est enim magni Iouis ac deorum nuntius, vt eum vocat Horat. Ode 10. lib. 1. Apud Lucianum quoque tom. 2. matri Maia de varietate negotiorum, ac ministeriorum suorum conquerens, καὶ δεσπράσαντα, inquit, τὴν ἐκκλησίαν, εἶτα εὐθεὶς ἄντα ἔχευα, παρεστάναι τῷ Διὶ, καὶ δεσφείρειν τὰς ἀγγελίας τὰς παρ' αὐτῆ' ἄνω καὶ κάτω ἡμεροδευμύντα, καὶ ἐπαυελθόντα ἐπὶ κληρονομήν; καὶ εὐθέως τὴν ἀμύροισαν, &c. Tum vbi curiam in qua consultant, vndiq; strauero, ac singula, ita vt oportet, composuero, Ioui

A necesse est assistere, ac perferendis illius mandatis, toto die sursum ac deorsum cursitate. Insuper cum redeo puluerulentus, adhuc ambrosiam apponere cogor. Vnde autem dictus Mercurius, & cur ei alæ in capite, & pedibus assignatæ, videbis Gyrald. Syntag. 9. statim à principio.

GENETRIX PVLCHERRIMA) Nihil, ne inter deas quidē Venere formosius. Iam quod ad picturam, & simulacra eius attinet, considera mihi, quod scribit Arnobius lib. 6. Phryne meretrix, cum in acumine esset pulchritudinis, & floris, exemplar fuisse perhibetur cunctarū quæ in opinione sunt Venerum, siue per vrbes Graias, siue iste quò fluxit amor talium cupiditasque signorum. Itaq; artifices omnes ipsis ipsdem qui temporibus extiterant, quibusq; primas dabat exprimendarum similitudinum veritas, omni cura studioq; certabant, filum capitis prostituti Cytherea in simulacra traducere.

Idipsum prius in Protrept. retulerat Clemens Alexand. Et ante vtrumq; prodiderat memoriæ Lucian. tom. 4. pag. 288. Sic Apelles illam suam dimidiatam Venerem, de qua hunc in modum Cicero ep. 9. lib. 1. Vt Apelles Veneris caput, & summa pectoris politissima arte perfecit, reliquam partem corporis inchoatam reliquit (quam deinde absoluere nemo pictorum potuit, quia oris venustas incredibilis reliqui corporis imitandi spem auferebat, vt idē Tullius alibi affirmat) hanc inquam Venerem suam, quæ etiam proverbio locum fecit, ex ore scorti sui Champaspes ab Alexandro in munere accepti, depinxisse scribitur. Fuit & Arellius Romæ celeber, paulo ante D. Augustum, vt relatum est à Plinio, lib. 35. cap. 10. celeber, inquam, nisi flagitio insigni corrupuisset artē, semper alicuius fœminæ amore flagrans, & ob id deas pingens, sed dilectarum imagine. Itaq; in pictura eius scorta numerabantur.

GRAIVMQVE IDEO BIS VIND. ARMIS) Semel ex Diomedis, iterum ex Achillis manibus vindicasse intelligenda est, quicquid interpretes dixerint. Cum altero sponte, vt Pandari corpus de Græcorum manibus eriperet, Homer. Iliad. 5. cum altero autē Apollinis hortatu congressus est, Hom. Iliad. 20. Et quamquam Neptuni opera ereptus fuit, vt Homerus ipse testatur: vnde illud est Neptuni ex 5. Æneid. Pelida tunc ego forti Congressum Æneam nec dijs, nec virib' aquis Nube cana eripui, tamen καὶ τὸ σιωπώμενον illud precibus Veneris factum fuisse intelligendum est. Sensus igitur hoc habet, eum non idcirco bis ex Græcorum armis ereptum, vt otio voluptatiq; se dedat, sed vt ea, quibus ad altum gloriæ, immortalitatisq; fastigium euehi potest, prosequatur: feroces Italiae populos domet, surgentiaq; imperia sua ingenti virtute compescat. Nascimb.

QVI GRAVID. IMPERIIS ITAL.) Aufonius imitator Virgilij epig. 2. Imperijs grauidas quæ seco Pannonia. Loquitur Danubius. Vide laudes Italiae ex Dionysio, Georg. lib. 2.

Fragmentary text from the left page, including words like 'Italian' and 'Mittitur'.

TOTVM SVB LEG. MIT. ORBEM) per Romanos Agantia apparet: non explicatis, de admiratione eius, & rerum dominos. Quidam Augusti monarchiam credunt insinuari.

ASCAN. P. ROM. INVID. ARCES) Videtur singulari artificio, ac prope adulatorio excogitatum, quod non tam Aeneae, quam Iulo quæri Italia significatur, vt Iuliae familiae, quæ rerum potiebatur Virgilij ætate, gratia quærat, ad quam deorum fati imperium delatum sit. Sic enim scribit, Ceder Iulus agris. Et hic, Ascaniõne pater, &c. apud Lucanum quoq; lib. 1. penates patrij, quos Aeneas in Italiam classe vexerat, & e Lauinio Albam transtulit Iulus, à Cæsare gentis Iulæ dicuntur esse. Verba sequuntur: Phrygiq; penates gentis Iulæ. Proinde quasi Iulij hæredes familiae, & successores sacerorum Iuli essent. Nam & Halicarnasseus lib. 1. Iulo tradita dicit sacra fuisse, quæ deinceps familiae Iuliae prodita sint, & ab eo possessa. Eius verba sunt. Ἰὺλο δὲ ἀντὶ τῆς βασιλείας ἰερά τῆς ἑξοσίας προσετέθη, καὶ τιμὴ, ἢν ἔτι καὶ εἰς ἐμὲ τὸ ἐξ αὐτοῦ γένου ἐκαρπύετο. Ἰὺλοιοι κληθέντες ἀπ' ἐκείνου. Multa eiusdem generis latent apud Maronem, ingenij, & eruditionis magnæ pignora, atque monumenta, quibus explanatis, multo magis dignitas, & ele-

gratia multum decedit. Turneb. lib. 10. cap. 7.

QVID STRVIT, AVT QVA SPE) Qui illi negotij cum æmulis, cum inimicis? cur non cogitat de posteritate sua in Italia, cuius ei promissum est imperium? Non licet hic ei morari. Hæc est summa mandatorum meorum, hæc conclusio definita præcepti, vt relinquat Carthaginẽ nauigando, & hoc solum volo ei nuntiari. Conferenda sunt, quæ Iarbas in inuidiam contulit, ne in exclusione Aeneae vindicatus à Ioue videatur: nam non ita est. Iupiter quippe magis inde commotus est, quod Aeneae in obliuionem quodammodo venisset Italia, & consulentis officio Mercurium mittit, qui ad meliora, & propria trudit segnem. Proinde si omnia ipsius Iouis verba considerentur, nihil Iarbae contemplatione inuenietur mandasse. Donatus.

NAVIGET: HÆC SVMMÆ EST) Breuiloquentia ad imperandum est aptissima, & reges, ac principes pro maiestate sua paucis verbis dare mandata, cõuenit. Quæ præcesserunt, causam mandati continebant, cū obiurgatiuncula Aeneae. Et fuisset durum, hoc vnus præcise nuntiari Aeneae, nauiga Aenea, Iupiter iubet.

Dixerat. Ille patris magni parere parabat
Imperio, & primùm pedibus talaria necit
240 Aurea, quæ sublimem alis, siue æquora supra,
Seu terram, rapido pariter cum flumine pottant.
Tum virgam capit: hac animas ille euocat orco
Pallentes, alias sub tristia tartara mittit:
Dat somnos, adimitq; , & lumina morte resignat.

245 Illa fretus agit ventos, & turbida tranat
Nubila. iamq; volans apicem, & latera ardua cernit
Atlantis duri, cælum qui vertice fulcit:
Atlantis, cinctum assiduè cui nubibus atris
Piniferum caput & vento pulsatur, & imbri:

250 Nix humeros infusa tegit: tum flumina mento
Præcipitant senis, & glacie riget horrida barba.
Hic primùm paribus nitens Cyllenius alis
Constitit: hinc toto præceps se corpore ad vndas
Misit: aui similis, quæ circum littora, circum

255 Piscotos scopulos humilis volat æquora iuxta.
Haud aliter terras inter, cælumq; volabat,
Littus arenosum Libyæ, ventosq; secabat
Materno veniens ab auo Cyllenia proles.

ILLE PATRIS MAGNI .P. P) De varijs nominibus, & officijs Mercurij, in quibus sunt, deorum esse nuntium, animas ad inferos deducere, legendus Phurnutus in Mercurio. Ibidem, quid talaria sibi velint. Quod dixi deorum esse nuntium, intellige superum, & inferum. Apud Claudian. Pluto mittens cum ad Iouem. lib. 1. de Raptu Proserp.

Atlantis Tegeae nepos, commune profundi,
Ei superis numen, qui fas per limen utrumq;
Solus habes, geminog, facis commercia mundo,
I celer, & proscinde Notos, & iussa superbo
Redde foui.

Apud Ciceronem extat prouerbialis allegoria, Talaria

Cinduere, pro eo quod est, fugam adornare, quasi que velle quopiam auolare. Ad Att. hb. 4. Nemo est istorum, inquit, qui otium non timeat: quare talaria induamus. Sumpsum ab Homero, qui Mercurium auolaturum aliquid, frequenter adornat talaribus.

Ἀντίκ' ἐπειδ' ὑπὸ ποσσὶν ἐδίη (καλοῦ καλὰ πίδαλα,
Ἀμβρόσια, χρύσεια, τὰ μιν φέρον ἢ μὲν ἐφ' ὕψην
Ἡδ' ἐπ' ἀπέριστα γαῖαν αἶμα ποιοῖσιν ἀνέμοιο.

Hunc locum Maro noster velut interpretatus est. Chiliaid Et hos, & qui deinceps sequuntur versus, totum, inquam, locum de Mercurio se ad volatum instruente, æmulatus est Statius 1. Thebaid. vbi similiter à Ioue, nõ quidem ad terras, sed ad inferos mittitur Mercurius.

Paros

*Paret Atlantiades dictis genitoris, & inde
Summa pedum prope plantaribus illigat alis,
Obnubitq; comas, & temperat astra galero.
Tum dextra virgam inseruit, qua pellere dulces,
Aut suadere iterum somnos, qua nigra subire
Tartara, & exanguis animare assuenerat umbras.
Dissiluit, tenuiq; exceptus inhorruit aura.
Nec mora, sublimes raptus per inane volatus
Carpit, & ingenti designat nubila gyro.*

In hac, & alijs præterea quam plurimis imitationibus videre licet, quam apud hos imitatores omnia luxuriant, apud Maronem omnia castigata, ac præparca sint: vt de alijs discriminibus nihil dicam in præsentia.

QVÆ SVBLIMEM ALIS, SIVE ÆQVORA SVpra) B

Mercurius minister deorum, cui alæ à poetis affinguntur. Et is diuersas ob causas de cælo in terras mittitur, diuinâq; mandata hominibus enuntiat, & quæ agenda accepit, fideliter peragit. Hoc item per angelos suos deus facit, qui inde, quod nuntient, appellationem habent. Hi etiam alati à nobis introducuntur. Alarum in ijs varia est interpretatio. Significant sublimitatem naturæ: velocem in cuncta diuersum: commorationem in loco altissimo: expeditissimum motum, ministeriumq; celerimum ad id, quod deus illis præcepit, exequendum. Talaria porro appicta alicuius pedibus, velociorem motum, atq; adeo fugam significare possunt: quam etiam exprimimus, cum, pedibus timor addidit alas, & similia dicimus.

TVM VIRGAM CAPIT) De virga Mercurij etiam Horat. Ode 10. lib. 1. *virgâq; leuem coërces Aurea turbam.* Et Martialis. lib. 7.

*Cyllenes, celiq; decus, facunde minister,
Aurea cui torto virga dracone vires.*

Ob hanc virgam auream cognominatus est *χρυσόραπις* Dicitur caducem hac virga, & est pacis signum. Legati de pace caducentes, ipse Mercurius ab Ouidio caducifer.

HAC ANIMAS EVOCAT ORCO) In hoc verbo inest cuiusdam imperij, & potestatis notio, ac proinde dijs, magnis dominis, magistratibus, imperatorib; frequenter tribuitur. Porro non vno in loco affirmat D. Chryostomus, conuenienter sacrosancto Euangelio, animos nostros corporum vinculis solutos deductorib; egere. Nam si ciuitatem, inquit, ciuitate vertentes deductoribus egemus, multo magis anima à carne diuisa, & ad summam transiens vitam, opus habebit viæ ducibus. Et in sacrificio quod fit pro defunctis in Ecclesia, id muneris Michaëli Archangelo tribuitur. Verùm Ethnici, qui veritatis quandam umbram sunt assecuti, & inanium deorum superstitione erant obligati, id officij Mercurio *χρόνιος*, id est, terrestri assignabant, quem ideo *Πομπάιον*, hoc est, deductorem, vel emissorem dixerunt. Quare Aiæ apud Sophoclem, sibi necem allaturus inquit.

*Τοσαῦτά σ' ὦ ζεῦ προσέειπα, καλῶ δ' ἄμα
Πομπάιον Ἐρμῆν χρόνιον ἐν με κοιμῆσαι
Ζῆν ἀσφαδέσθω, καὶ ταχέϊ πινθήματι
Πλευρῶν δ' ἑσθρήσασθαι τῶδ' ἐφασγάνω
Hæc te ὁ Júpiter deprecor, voco autem simul
Emissorem Mercurium terrestrem, bene me soporare
Cum immobili, & celeri saltu
Latus aperientem hoc gladio.*

Plutarch. problem. 136. vt à terra mortuorum cadauera, sic à Mercurio mortuorum animas suscipi creditum esse testatur. Vnde apud Valer. Max. quædam haustu veneni moritura, fufis Mercurio libamentis, eiusq; inuocato nomine orauit, vt se placido itinere in meliorem sedis infernæ partem deduceret. Horat. Ode supra citata.

A *Tu piæ lætis animas reponis
Sedibus, virgâq; leuem coërces
Aurea turbam, superis deorum.
Gratus & imis.*

Vmbrarum ductorem creditum fuisse Mercurium perspicere licet etiam apud Lucianum in Mortuorum dialogis, & in Mercurio. Hæc persuasio inde apud antiquos orta est, quod ille tam superiorum, quam inferiorum legatus, & præco est existimatus. Dijs verò inferis obtemperare videtur, dum animas, siue umbras, quæ ipsis debentur, ad eos perducit. Aut fortasse quoddam Mercurius tanquam interpres, quidam diceretur, quare nomen ei *ἑρμῆς*. Vnde illi linguas ob interpretationem attributas, & à discedentibus ex cænis sacrificatas esse testatur Athenæus lib. 1. cap. 9. interprete autem maxime viderentur indigere, qui in ignota loca illa, & formidolosa ituri essent. Magius lib. 4. cap. 11.

LVMINA MORTE RESIG.) Tametsi à propinquis solebant oculi mortuis claudi, tamen iisdem in rogo aperiebantur, ob id dictum, *lumina morte resignat.* Plin. lib. 11. cap. 37. Morientibus illos operire, rursusq; in rogo patefacere, Quiritum magno ritu sacrum est: ita more condito, vt neque ab homine supremum eos spectari fas sit, & cælo non ostendi nefas. Id igitur à Marone ita dictum est, vt, quia Mercurius dicitur *ψυχόπομπος*, id est, manuum ductor, videatur ipse in pyra mortuis oculos à nobis clausos aperire. Non me later, à Seruio aliam afferri interpretationem. Exponit enim *resignare*, claudere, perturbare: quæ interpretatio (pace tanti Grammatici dixerim) & violenta est, & inepta. Homerus, quem Virgilius imitatur, tantum somnos à Mercurio virga immitti scribit. *ἀνδρῶν ὀμμάσια δάλγαι, καὶ ὑπνώστας ἐγείρει.* Turneb. lib. 24. cap. 26. & lib. 26. c. 5.

Vt Seruium Turneb. sic vicissim Turneb. Ioseph. Castilio reprehendit, vt audies.

Prudentius aduersus Symmachum videtur Virgilium interpretatus, qui sic scripserit.

*Nec non Thessalica doctissimus ille magia
Traditur extinctas sumpta moderamine virga
In lucem reuocasse animas, Cocytia lethi
Jura resignasse, sursum reuolantibus umbris:
Atq; alias damnasse neci, penitusq; latenti
Immersisse chaos.*

Turnebus hoc loco Seruium reprehendit, qui ineptam interpretationem attulerit: vt suam ipse afferat longè ineptiorem. Quid quæso commune hominibus cum dijs esse poterat? Num verò, quod cognatorum erat officium, ad Mercurium pertinere opinatus est? Rectius, petendam eius loci, & verbi expositionem à Prudentio dixerim, qui repetitione elegantissimè vsus, *resignare* esse, ab inferis excitare, testatur. Resignat enim lumina, est repetitio, siue exegesis, & expositio eius, quod præcesserat, *adimit somnos*.

E APICEM ET. L. ARD. CER. ATLANTIS) Quid est, quod cum ad Æneam Mercurius mittitur, & Carthaginem mittitur, ille per Atlantem descendit: dispendium enim viæ, non compendium quæsiuit, cum breuiore via peruenire ad Æneam rectè potuerit. Subiecerit quispiam, ab eo conspectum esse Atlantem, non tamen inde descensum petiit esse: quod aliter est: nam mox subiicit. *Hic primum paribus nitens Cyllenius alis Constitit.* Ideo factum crediderim à Marone: & quod ab Atlante stirpem duxerit Mercurius (Atlas enim eius erat auus) & quod dijs à cælo descendentibus, scalas etiam quasdam, ne præcipientes caderent, fabricarint. Etsi superior causa verior est. Ad auum igitur visendi causa diuertit. Sidonius Apollinaris.

Jamq; ut conveniant superi, Tegeaticus Arcas
Nunc plantis, nunc fronte volat: vix contigit arua,
Et toto descendit ano.

Interdum tamen poetis descendit e caelo, Atlante praeterito. Turneb. lib. 25. cap. 6.

Bene Atlanti monti quae sunt hominis dat, apicem, & latera ardua, &c. nam rex fuit, qui cum Perseum non suscepisset hospicio, propter oraculum, quo responsum fuerat, ut a Iovis filio caueret, & praetimore nullum susciperet, a Perseo in montem conuersus est, viso Gorgonis capite. Seruius.

CÆLVM QUI VERT. FVL CIT) Hoc eodem libro infra, Axem humero torquet stellis ardentibus aptum.

CINCTVM CVI NVB. AT. PINIF. CAP.) Non quasi montem, sed quasi hominem effingat, humani corporis partes recenset, caput, humeros, mentum, barbam, in quibus recensendis eo tamen artificio utitur, ut rei utriusque, hoc est, montis, hominisq; significationem afferre videatur. Nam & piniferum caput, & humeros niue infusos, tum flumina a mento fluentia, & barbam glacie rigentem dicit. Nascimb.

HIC PAR. NIT. ALIS CONST.) Hic auium Mercurio, quia alatus est, attribuit. Aues enim ubi volando fatigatae sunt, in summis montibus interquiescunt. Macrob. in recensendis carminibus, quae Virgilius ex Homero transcripsit, nihil istius loci meminit, cum inter synepias ista carmina, vel primo loco afferri debuerint. Ut id clarum fiat, versus Homericos afferemus. Odyss. 4.

Πισειν δ' ὄνειαρ ἐξ αἰθέρος ἔμπερος ἀνίστα
Σείατ' ἔπειτ' ὄπι κλυτα, λάρω ὄρνιθι εὐκλας,
Ὅς κ' ἀλά δεινὸς κλύπος ἀλὸς ἀπρυγέτοιο
Ἰχθὺς ἀγρόσσων, πικρὰ πύλα δεινὰ δάμα.
Pieria inscensa se misit ab aethere in undas:
Deinde laro similis volitat iuxta aquora summa,
Qui maris indomiti sinuosa ad littora saepe
Captando pisces aspergine tingitur unda.

Nannius lib. 7. cap. 15.

AVI SIMVL. QVÆ CIRCVM LITTORA) Valde admiror cur Virgilius nomen auis omiserit, & in genere versari potius, quam in specie maluerit: quum non sine causa Homerus larum ex omnibus piscatoribus auiibus exemerit, cui Mercurium in volando assimilem esse vellet. Ut enim aquila Ioui, pauo Iunoni, gallus gallinaceus Marti: ita larus Mercurio dedicatus est, qui a loquacitate nomen inuenit. Λάρος enim quasi λάρα dictus, ac propterea in tutelam eius dei adscribitur, qui loquendi artifex perhibetur. Omnia mihi versanti, nihil verisimilius videtur, quam etiam tum in controuersia fuisse, quo nomine haec auis a Latinis appellari debeat. Sunt enim qui interpretantur fulicam, vt B. Augustinus. Sunt qui gaeam, inter quos est Theod. Gaza. Alij herodion, alij ciconiam, alij ibidem, quae & ipsa auis sacra est Mercurio. Virgilium igitur, ne litem suam faceret, nullum nomen Latinum huic aui imposuisse existimo. Nannius lib. 7. cap. 15.

Grammatici inter caetera duo notarunt verba,

260 Ut primùm alatis tetigit magalia plantis,
Æneam fundantem arces, ac tecta nouantem
Conspicit: atq; illi stellatus iaspide fulua
Ensis erat: Tyrioq; ardebat murice læna,
Demissa ex humeris. diues quæ munera Dido
Fecerat, & tenui telas discreuerat auro.

A quorum alterum circumscriptione, alterum alia voce texerit, atq; dissimulauerit Virgilius. Seruius enim negat, heroici maiestati mergi nomen conuenire, atq; idcirco a poeta contemptum, illis verbis designatū, aui similis, quae circum littora, &c. At enim uero memoria exciderat tanto viro versus ex eiusdē Æneid. 5. & apricis statio gratissima mergis. Præterea non video, quare potius in heroicum vel formica, vel hirundo, quam mergus admittatur. Altera vox est mulier, quam negant toto opere inueniri. Sanè nusquam inueni. At ab ea deductam posuit in II. Aduenit qua vestra dies muliebribus armis Verba redargueret. Scalig. lib. 4. Poet. cap. 16.

* Quid hoc esse dicam? Itane vero, qui Virgilium comedit totum, & concoxit, in Virgilio toto hanc vocem mulier, nullam vidit? Vbi erat igitur, quando toties legit illud 7. Æneid. de Auentini matre?

Collis Auentini sylua quem Rhea sacerdos
Furtiuum partu sub luminis edidit oras,
Mista deo mulier.

Sanazarius de partu Virginis lib. 5. hunc locum de Mercurio cum mandatis a Ioue acceptis Carthaginem versus deuolante expressit, & ad Gabrielem Archangelum, quem deus Virginis nuntium in terras e caelo demisit, bellissimè transfudit Virgilianam elegantiam. Sed hoc mutat, quod non mergo, verum cygno angelum comparat. Versus subiicimus.

Dixerat ille altum Zephyris per inane vocatis
Carpit iter, scindit nebulas, atque aëra tranat,
Ima petens, pronusq; leues vix commouet alas.
Qualis, ubi ex alto notis Maandria ripis
Prospexit vada, seu placidi stagna ampla Caystri,
Præcipitem sese candenti corpore cygnus
Mittit agens, iamq; implumis, segnisq; videtur
Ipse sibi, donec tandem potiatur amaris
Victor aquis: sic ille auras, nubesq; secabat.

HAUD ALITER TERR. INTER, &c.) Α'ρόδωσις est, qua allata comparatio ad institutum accommodatur.

LITTVS ARENOSVM) Quia littus ferè semper arenosum, ideo simpliciter arenam posuit pro littore lib. 1. cum de appulsu nauium Troianarum loqueretur in persona Ilionei, hospitio prohibemur arena, non finimur littus tangere, in littore consistere. Pulchrè D. Basil. Homil. 4. in Hexaem. Mare ipsum, quod vi tempestatis intolerabile constat esse, rerum omnium inualidissima, debilissimaq; arena firmatur, & coercetur.

VENTOSQ. SECABAT) Ventos secare, est per aërem volare, tranare: sapius enim venti pro aëre. Magna quaestio, quid tandem sit ventus. Quidam non dubitarunt dicere, nil esse aliud, quam agitarum acrem: hinc fortasse hoc genus loquendi profiuxit: seu usurpatio venti, pro acris elemento apud poetas.

CYLLENIA PROLES) Mercurius Cyllenius a monte Arcadiae Cyllene ubi editus: mater eius Maia, Atlantis filia. Testis utriusq; rei poeta ipsemet 8. Æneid. Vobis Mercurius pater est, quem candida Maia Cyllenos gelido conceptum vertice fudit.

Festus ad hunc modum. Cyllenius Mercurius dictus, quod omnem rem sermo sine manibus conficiat, quibus partibus corporis qui carent, κλυοι vocantur: ideoque quadratum eum fingunt. Alij, quod in monte Arcadiae Cyllene; alij, quod a Cyllene nymphea sit educatus.

Conti-

cum legibus, illis gynœocraticis parendum est. Iuuenal. A
Sat. 6.

*Nil unquam inuita donabis coniuge, vendas
Hac obstante nihil: nihil, hac si nolet, emetur.
Hac dabit affectus: ille excludetur amicus
Iam senior.*

Propterea Aristot. in eodem secundo. Quanquam,
quid referre putamus, inquit, mulieres ne magistratus
gerant, an magistratus gerentes mulieribus pareant? Ita-
que scitum illud fabulamentum videtur eius, qui Mar-
tem cum Venere illaqueasse primus dicitur. Huiusmo-
di enim viri in Venere maxime proni, muliebri im-
perio regi ferè nati sunt. Plin. lib. 6. gynœocratumenos
appellat populos quasdam Amazonum vicinos, bello
ab Amazonibus victos: ex eo sic dictos, quod victri-
bus obsequantur, ad procreandam eis sobolem.

IPSE DEVM REGNA.) Suffecerat indicasse, à quo
esset missus: sed cum notum esset, quantum Iupiter posset,
adiicit injiciendi maioris metus causa potestates eius,
& quod ille celerius omnia perferri iussisset, ostendens
ex eo mandata maturius debere compleri. Donat.

QVID STRVIS, AVT QVA SPE) Velim nosse, qua spe
ducaris, cum aliena agas, & olim inimicos tibi futuros
nunc adiutes, & relicta rerum necessariatum, ac fatalium
solicitudine, in his rebus versere, quæ sine illis alijs

sunt merum otium, mera segnitias. Certè si ad eò con-
temnis vtilitatem tuam, & tantarum rerum gloriam sper-
nis, expergiscere aliquando, & officio saltem paternæ
pietatis admonitus, vel filij partes, vtilitatemque per-
pende. Debitum est imperium Italiae filio tuo: non de-
bet perire per te, quod non nisi per te ad ipsum potest
hereditario iure transire. Non expectat responsum,
hoc est, quod ait, mortales visus medio sermone reli-
quisse. Donatus.

TALI CYLLENIVS ORE LOCVTVS) Variè iun-
gitur cum alijs hæc vox, ore, apud vatem nostrum. Ore
effata, roseo hæc addidit ore, diuino ex ore canit, finem
dedit ore loquendi, vox excidit ore, intonat ore, fudit-
que has ore loquelas. Sciendum Latinos poetas, cum
de graui facundia loquuntur, os solere vsurpare, hanc
vocem, inquam: & ferme, quando de sermone hero-
um loquuntur. Vbi de infami facundia, & scurrili dica-
citate, linguam ponunt, vt lingua parasitorum, lenonum,
fannionum, rabularum: & lingulacæ dicti verbosi, à pro-
cacitate linguæ. Plautus, *lingulacæ est, nunquam tacet.*

MEDIO IN SERMONE RELIQ.) Atqui executus est
omnia, quæ Iupiter dixerat. Sed sermo est confertio o-
rationis, & confabulatio duorum, vel plurium. Medius
ergo sermo est, cum persona, cum qua quis loquitur,
non respondet, vt nunc fecit Æneas. Seruius.

At verò Æneas aspectu obmutuit amens,
280 Arrectæq; horrore comæ, & vox faucibus hæsit.
Ardet abire fuga, dulcesq; relinquere terras,
Attonitus tanto monitu, imperioq; deorum.
(Heu quid agat? quo nunc reginam ambire furentem
Audeat affatu? quæ prima exordia sumat?)

285 ATQVE ANIMVM NVNC HVC CELEREM, NVNC DIVIDIT ILLVC:
In partesq; rapit varias, perq; omnia versat.
Hæc alternanti potior sententia visa est:
Mnesthea, Sergestumq; vocat, fortemq; Cloanthum:
Classem aptent taciti, socios ad littora cogant:

290 Arma parent, & quæ sit rebus causa nouandis
Dissimulent. sese interea, quando optima Dido
Nesciat, & tantos rumpi non speret amores,
Tentaturum aditus, & quæ mollissima fandi
Tempora, quis rebus dexter modus. OCYVS OMNES

295 IMPERIO LÆTI PARENT, AC IVSSA FACESSVNT.

ASPECTV OBMVT. AMENS) Terror infelicis
conscientiæ, amentiam parit, adimit defensionis ratio-
nem, efficitque animi perturbationem, quam à signis
externis, & accidentibus notat. Montfort.

Hic *amens*, vt & sæpe, est consternatus, & at-
tonitus, quod euenire solet horrore, pauoreque per-
cussis. Lucret. lib. 6. *Ne trepidos cali diuisis partibus
amens.* Id est, ex metu non compos mentis ne sis. Si-
mile illud Maronis lib. 8. *non te rationis egentem Ler-
naus turba caput circumstetit anguis.* Id est, non te ex
pauefecit, neque consternauit. Turneb. lib. 24. cap. 26.

ARRECT. HORROR. COMÆ, ET VOX. F. HÆS.)
Quadrat his illud Terentij in And. *Censen' me quidquã
potuisse proloqui?* Et Plauti in Amphit. *Nec secus est mihi,
quam si ab Acheronte veniam, Ita mihi animus etiam
nunc abest.*

ARDET AB FVG. DVLCESQ. REL. TERR.)
Quod hominis persuasione fieri vix poterat, vt Æneas
dulces iam sibi, iucundasque terras relinqueret, id Io-
uis mandato perficitur. Quamobrem rectè admonet
Aristoteles in Poet. quod per homines fieri potest, id
deorum interuentu fieri non debere, & econtra. Om-
nino non poterat absque diuino monitu Æneas à Di-
done recedere: tanta vis erat amoris. Veruntamen hæc
in re laude dignus est Æneas, qui semel admonitus di-
ctis parit: nec, quod appetitus suggerit, verum, quod
ei ratio prescribit, deorumque voluntas iubet, id exe-
quitur.

HEV QVID AGAT? QVO NVNC) Exclamatio rei
difficultatem significat. Statuerat quidem Æneas ob-
temperare diuinis iussibus: sed cum secum cogitaret,
quantum reginæ esset dolorem iniustus hoc discessu,
quarc-

quærebat modum aliquem, quod id bona pace illius fieret. Nec tamen videbat. Ad extremum, in varia, & ancipiti cogitatione occurrit, quod esset factu optimum.

AMBIRE FVRENT. REGINAM) interpellare. Aliquando ambire, est ambitionibus appetere, vt lib. 7. Ne connubijs ambire Latinum Aeneade possint. Terent. And. Nisi vides, nisi senis amicos oras, ambis. Nonius. Furentem reginam, id est, pæne insanientem amore sui, super discessu alloqui, petere, vt id bona eius venia liceat, quàm durum videbatur? nec quibus id verbis faceret, satis videbat. Ex altera parte, merita optimæ feminæ, & incredibilis humanitas, & iam certissimo, & arctissimo fœdere confirmata familiaritas (quamquam contra iubente numine) ne quid ei offensionis afferret, nec se tam dulci consuetudine priuaret, hortabantur. His fluctibus iactabatur eius animus. Volebat, volebat: quemadmodum videlicet nobis vsu venit, cum sensu blandimentis ad peccandum inuitamur: ibi (vt aliquid de sanctis literis vsurpem) caro concupiscit aduersus spiritum, & spiritus aduersus carnem: hæc duo sibi inuicem acerrimè aduersantur. Et animos nostros in illa lucta nunc huc, nunc illuc diuidimus.

ANIM. NVNC HVC CEL. NVNC) Reperiuntur hi duo versus iterati initio lib. 8. quibus sententiam non abfimilem continet ille Catullianus, Nos aliò mentes, aliò diuisimus aures. Diuisimus mentes, inquit. Lib. 12. Aeneid. pæne eodem sensu, alijs verbis dixit.

Hec quid agat? vario nequidquam fluctuat æstu: Diuersaq; vocant animum in contraria cura.

Cic. i. Offic. in quo considerando, sæpe animi in contrarias sententias distrahuntur. Idem est, quod paulò post sequitur. Cum enim utilitas ad se rapere, honestas contra ad se reuocare videtur, fit vt distrahatur in deliberando animus, afferatq; ancipitem curam cogitandi.

ARMA PARENT) ad resistendum, si abeuntibus vim parent Carthaginenses.

SE SE TENTATVRVM ADITVS) In illa pugna cogitationum suarum Aeneas de se ipso triumphat, & iussa diuina cupiditati suæ anteponit, maualtq; deo, quam sibi morem gerere. Statuit igitur conuenire reginam: sed capto tempore. Nam, vt est in monostichis, καὶ δὲ τὸ καὶ πάλιν εἰδέναι τέρπον. Et Isocrates, τὸ γὰρ ἀκαρῆν, πᾶν τὰ γὰρ λυπηρῆν.

ET QVÆ MOLLISS. FAND. TEMP.) Quanta vis in omni re gerenda sit temporis, testimonijs optimorū vtriusque linguæ poetarum declarari potest. Quæ nam-

que vix, aut ne vix quidem à fortunatis hominibus alieno tempore obtinentur, ea suo, accommodatoque non magno negotio ab iisdem impetrantur. Hoc verò imprimis diligenter custodiri debet ab ijs, qui volunt sibi aliquid concedi, quod sit illis, vnde extorquendum est, odiosum, ac molestum. Cum igitur ita fecit Aeneam loqui cum principibus suarum copiarum, aperireq; quid sui consilij esset in discessu illo ex Africa, vel potius subita fuga, quam tegere, occultamque esse Didoni, quantum res pateretur, studebat, his verbis vsus est, quæ supra posui. Sed etiam infra, ex persona Didonis, quæ dolis cognitis, volebat, si posset, mutare animum sui amatoris, atque ita cum sorore egit, qua vsa semper fuit tanquam interprete suarum curarum, *Sola viri molles aditus, & tempora noras.* Exemplum autem huius documenti reperitur etiam apud Euripidem, qui in fabula Ione induxit Xuthum, cum Ione ipso, quem ex se natum putabat, loquentem: pollicebatur enim se illi regnum Athenarum daturum, quod tamen inuita vxore non facile præstare poterat: ab illa enim ipsum acceperat, & tamen sperabat se quandoq; adhibita diligentia, vt id efficere posset, contentaq; ea re ipsa foret, impetraturum. Ita igitur locutus est.

Χρῆνον δὲ καὶ χρόνον λαμβάνων περὶ σάραξομαι Δάμωρτ' εἴην σε σὺν ἡμέρα τὰ μὲν ἔχον χρόνος.

λαμβάνων igitur καὶ χρόνον idem significat, quod apud Latinum poetam, tentare aditus, & tempora fandi molissima. Hoc verò cum effici subito nullo modo possit, ambo significarunt, se loco, temporeq; id conaturos. Græci, vt apparet etiam ex hoc loco, verba distincta habebant, quibus ostenderent duo hæc diuersi generis tempora. Latini sæpe tempus appellant, (vt Virgilius hic facit) etiam καὶ χρόνον. Terentius quoq; eodem pacto accepit hoc verbum, cum induxit Syrum cum Clitiphone ita loquentem. (erit autem idem locus exemplum & notationis, quæ dico esse huius nominis, & rei etiam ipsius, quam hic adnataui.) *In tempore ad eam veni, quod rerum omnium est primum.* Victor lib. 37. cap. 16.

QVI REBUS DEXT. MOD.) vt commodè atq; aliqua dexteritate, citra importunitatem res tractari queant.

LÆTI PARENT) vt pote in terram fato destinatam discessuri, vbi res fore lætas, paratumq; regnum Aeneæ Creusa prædixerat in fine secundi.

AC IVSSA FACESSVNT) Facessere significat interdū facere, vt est, iussa facessunt. Interdum verò pro abire ponitur. Pacuuius. *Facessite omnes hinc*, id est abire. Fest.

At regina dolos (QVIS FALLERE POSSIT AMANTEM?)

Præsensit: motusq; excepit prima futuros,

OMNIA TVTA TIMENS. eadem impia fama furenti

Detulit, armari classem, cursumq; parari.

300 SÆVIT INOPS ANIMI, totamq; incensa per urbem

Bacchatur: qualis commotis excita sacris

Thyas, vbi audito stimulant trieterica Baccho

Orgia, nocturnusq; vocat clamore Cithæron.

Tandem his Aeneam compellat vocibus vltro.

AT REGINA REGINA DOL. PRÆSN.) Quamquam amor fingitur cæcus, mirum est tamen dictu, quam sint oculati qui amant, quam nafuti etiam: vident, odorantur, ac præsentiant, quæ alios fallunt: nemo quidquam Didoni de discessu Aeneæ narrauerat, illa tamen quid moliretur, prima sentiebat. Rectè igitur etiam Ouid. e. pist. Oenones. *Vnde hac compererim tam bene, quæris? amo.* Et idem huius rei causam adfert epistola Pene-

lopes, hoc versiculo. *Res est solliciti plena timoris amor.*

ARMARI CLASSEM CVRSVMQVE PAR.) Rectè armari classem, cum & nautis sua sint arma, id est, instrumenta, quemadmodum cæteris artibus. *Cursum*, id est navigationem, in qua notione, etiã oratoribus ea vox ponitur. Sic alibi noster, *vastumq; caua trabe currimus æquor.*

SÆVIT INOPS ANIMI) Bene, inops animi. Quemadmodum enim tumor accidit ex magna in carne plaga, ita

ga, ita in mollissimis animis, si quis se præbeat dolori, hoc ipso quo maior est imbecillitas, hoc maiorem elicit iracundiam. Atque hac de causa mulieres iracundiores sunt viris, ægroti sanis, senes ætate vigentibus, infalices fœlicibus. Plutarchus de cohibenda iracundia.

QUALIS COMMOT. EXCITA SACRIS) Gemina isti comparatio est apud Senecam act. 3. Medea, ubi nutritrix de alumna sua furente, & impotente.

*Incerta qualis entheos cursus tulit,
Cum iam recepto Manas insanit deo,
Pindi nivalis vertice, aut Nisa iugis:
Talis recurvat huc, & huc modo effero,
Furoris ore signa lymphati gerens.*

Huiusmodi comparatione quam multi poetæ vsi sint, vide Aduersaria Deltij in eundem.

Sacra Bacchi recondita in cistis, è templis vrbanis in montes, solitudinesque ad orgia celebranda à Bacchis portabantur. Et quia sacra illa furioso tumultu, & perturbato impetu commouebant, idcirco dixit Plaut. Pseud.

*Scis tu quidem hercle, mea si commoni sacra,
Quo pacto, & quantas soleam turbellas dare.*

Horat. Ode 18. lib. 1.

*— non ego te candide Bassareu
Inuitum quatiā, nec varijs obsita frondibus
Sub diuum rapiam.*

Turneb. lib. 21. cap. 21.

TRIETERICA BACCHI) Antiquitus apud Atticos consueuerant annos, ac numerum accedentem à Dionysij numerare, quemadmodum ex Olympiadi- bus. Iterabatur autem Dionysiorum festum tertio quoque anno. Vnde Virgil. trieterica vocat. Chiliad.

Trieterica sacra sunt, quæ tertio quoque anno pera-

guntur. Dicuntur etiam τετρηίδες. Orgia de omnibus sacris dici affirmat Seruius, abusiue autem de sacris Liberi. [Puto dicendum potius fuisse, de omnibus sacris Liberi dici orgia, de ceteris abusiue, ex eo quod sequitur apud Seruium. Nihil- lia item vocatur, quod Bacchus noctu coleretur, & hic Virgilius indicat. Quid autem gestarent bacchantes, & de generibus orgio- rum, videndus Delvius in Hercul. Octauum Seneca, Choro Aët. 2.] Et dici δὲ τῆς ὄργης à furore, vel δὲ τῶν ὄρων, à montibus, quod præcipue in montibus celebrentur.

Bacchi sacerdotes fœminæ plerumque fuerunt, quæ nunc ab infania Mænades: nunc ab impetu & furore Thyades, vel à Thya, quæ prima sacra Bacchi instituit: nunc ab intemperantia morumque; prauitate Bacchæ vocabantur. Ideo porrò à mulieribus, quod eas in expeditione Indica socias habuisset. Bacchæ dictæ etiam ab infanis clamoribus: currebant enim cum tædis, & accensis funalibus per noctem, quibus utebantur in illis sacrificijs, crinibus passis. Natal. Comes lib. 5. cap. 13.

Horum originem Diodor. lib. 4. cap. 3. affirmat esse hanc, quod Thraces Baccho in memoriam Indicæ expeditionis hæc sacra instituerunt. Vnde & in multis Græciæ vrbibus triennio Bacchides mulieres conueniunt, apud quas de more virgines thyrfum ferunt, in honorem dei bacchantes, eique per cœtum sacrificantes. * Probè hunc locum imitatus mihi videtur Statius 5. Thebaid. dum animum quandæ Lemniacæ Polyxo, bacchico Selut furore correptam, & ciues suas aduersum maritos, quibus ob intolerabilem fatorem veneris ira illis conciliatum exosa erant, exacerbantem inducit.

Cum subitò horrendas æui matura Polyxo
Tollitur in furias, thalamisq; insueta relictis
Euolat infano veluti Theumesia Thyas
Rapta deo, cum sacra vocant, Idæaq; suadet
Buxus, & à summis audirus montibus Euan:
Sic erecta genas, aciemq; effusa trementi
Sanguine, desertam rapidis clamoribus vrbem
Exagitat, clausasq; domos, & limina pulsans,
Concilium vocat infelix.

- 305 Dissimulare etiam sperasti perfide tantum
Posses nefas? tacitusq; mea decedere terra?
Nec te noster amor, nec te data dextera quondam,
Nec moritura tenet crudeli funere Dido?
Quin etiam hyberno moliris fidere classem,
310 Et medijs properas Aquilonibus ire per altum
Crudelis. quid si non arua aliena, domosq;
Ignotas peteres, & Troia antiqua maneret?
Troia per vndosum peteretur classibus æquor?
ME NE FVGIS? per ego has lacrymas, dextramq; tuā te
315 (Quando aliud mihi iam miseræ nihil ipsa reliqui)
Per connubia nostra, per inceptos hymenæos,
SI BENE QUID DE TE MERVI, fuit aut tibi quicquam
Dulce meum: miserere domus labentis, ET ISTAM
ORO (SI QVIS ADHVC PRECIBVS LOCVS,) EXVE MENTEM.
320 Te propter Libycæ gentes, Nomadumq; tyranni
Odere, infensi Tyrij: te propter eundem
Extinctus pudor, & qua sola sidera adibam,
Fama prior. cui me moribundam deseris hospes?
Hoc solum nomen quoniam de coniuge restat.
325 Quid moror? an mea Pygmalion dum mœnia frater
Destruat? aut captam ducat Getulus Iarbas?

Saltem

Saltem si qua mihi de te suscepta fuisset
 Ante fugam soboles, SI QVIS MIHI PARVVLVS AVLA
 LVDERET ÆNEAS, qui te tantum ore referret,
 330 Non equidem omnino capta, aut deserta viderer.

DISSIMVLARE ETIAM SPER.) *Artificium huius orationis solertissimè inuestigauit Scalig. Poet. lib. 3. cap. 24. De eodem Bartholomæus Riccius lib. 2. de imitatione. Catullus inquit, cum Thetidis & Pelei nuptias celebraret, &c. Admonet item German. Videndam querelam, & expostulationem Medea cum Iasone de ipsa reddenda, vel deponenda cum Absyrto pacifcente, Apollonij lib. 4.] Dido irata non à beneuolentiæ loco oratione auspicatur, sed ex abrupto, & statim Æneæ duo grauiora crimina obijcit, perfidiæ, & crudelitatis. Et nefas vocat, & tantum nefas: auge factum, tacitus, tanquam proditor, vel saltem ingratus. Nascimb.*

MEA TERRA) Videtur arguere illum imprudentiæ, quasi qui id conetur, quod si ipsa nolit, si eum impedire velit, ad exitum perducere neuiquam possit. Nascimbæ.

NEC TE NOSTER AM. NEC TE DATA) Illa potissimum recenset, quæ vim ad mouendū eum videbantur habitura maximam, amorem quo eum profecuta fit, seu mutuum illum amorem, & tanquam coniugalem amorem: datam sibi ab eo fidem: mortem denique suam, & illam quidem crudelem: iam nunc enim incumbere in gladium cogitat, si, quod cupit, non impetret. Nascimb.

HYBERNO MOL. SID. CLASSEM) Claudi maria hyeme, vere aperiri dicuntur, quod ibi ad nauigandum intempestiua: hic, tempestiua sunt. Vegetius lib. 4. cap. 39. ex die tertio Iduum Nouemb. vsq; ad diem sextum idus Martij maria claudi. Præcipit etiam Hesiodus abstinendum nauigatione post occasum Virgiliarū, quia tum mare tempestatibus magnis ferueat. Vere autem ineunte, silentibus aquilonibus spirant Fauonij, tum licet deducere naues. Horat. Ode 4. lib. 1.

*Soluitur acris hyems grata vice veris & Fauoni,
 Trahuntq; siccas machina carinas.*

Idem ei obijcit in epistola apud Nafonem.

*Quò fugis? obstat hyems, hyemis mihi gratia proficit:
 Aspice ut aduersas concitet Euris aquas.*

*Quod tibi malueram, sine me debere procellis:
 Iustior est animo ventus, & vnda tuo.*

*Non ego sum tanti, quamuis merearis, inique,
 Ut pereas, dum me per freta longa fugis.*

Iudicium porro de hac epistola Didonis quodnam fecerit Scaliger, si quis scire auet, hoc est, Poet. lib. 6. c. 7. Inter heroïdas Dido artificiosissimè, copiosissimè, scitissimè, elegantissimè loquitur. Extat item querela per similes apud Propertium lib. 1. Eleg. 8.

*Tu ne igitur demens? nec te mea cura moratur?
 An tibi sum gelida vilior Illyria?*

*Et tibi iam tanti, quicunq; est iste, videtur,
 Ut sine me vento quolibet ire velis?*

*Tūne audire potes vesani murmura ponti?
 Fortis & in dura naue iacere potes?*

*Tu pedibus teneris positas sulcare pruinas?
 Tu potes insolitas Cynthia ferre nives?*

QVID SI NON ARVA ALIENA) A maiori: nam si E Troiam notam, patriam dulcissimam, sequentibus ventorum procellis non repeteret, multo minus ignota regna, turbulento celo quærenda sunt. Montfort.

ME NE FVGIS?) *ἐπιμαλινός*, quæ tot beneficia in te contuli. Quæ tamen adhuc illi aperte exprobrare non vult, sicut paulo post irata facit. Nascimb.

PER EGO HAS LACRYMAS) Ut Latini in iure-

A iurando plerumq; inter præpositionem, & eius casum aliquid interponunt, item & Græci, qui Latinis exemplo fuerunt. Euripid.

*Ναὶ πῶς σε τῆς σῆς θεῆς εὐωλέην,
 Ὡς πῶς σε γονάτων, μηδ' αὖ μ' ἐξερράσει.*

Turneb. lib. 19. cap. 17.

QVAND. ALIVD MIHI IAM) Non mediocri inest in verbis istis commiseratio. Ait enim sibi iam nihil reliquissè præter lacrymas, & obtestationem: honorem, pudicitiam, regnum Æneæ causâ posthabuisse. Et modestè, *Si quid bene merni*. Ingratum enim genus hominum beneficia exprobrantium, quod tamen postea, ubi omni spe decidit, factura est. Amat etiam poeta verecundiam, qui illis verbis, *fuit aut tibi quidquam Dulce meum*, rem inhonestam honestè extulit, idemq; voluit, q; Terent. And. *Seu tibi morigera fuit in rebus omnibus*.

MISERERE DOMVS LABENTIS) Eleganter, & insigniter, quod distracto coniugio domus dissoluatur atque dilabatur. Turneb. lib. 26. cap. 5.

At enim Dido non tam ad distractionem coniugij, quamquam, tristem ac miseram, quam ad proles ex Æneæ susceptæ suscipiendæ uic, eiusq; masculæ orbitatem videtur respicere, ac dolere tantopere, quia sibi nulla relicta sobole discedat. *Miserere domus labentis*, inquit. Qua de causâ, quia ob id generis, familiæq; perpetuitas tollitur, ruina domus non immeritò timetur. Ut enim est in monostichis,

*Στύλοι δ' οἶκου παῖδες εἰσιν ἀρρενες.
 Domus columina liberi sunt masculi.*

Eodè referendū, quod paulo post sequitur, *si quis mihi paruulus aula Luderet Æneas*. Tamen enim de sola ibi voluptate loquatur, quæ ex infantibus, paruisq; adhuc prolibus matres capiunt, tamè in iisdem verbis votum quoq; posteritatis eius intelligi nihil absurdū reor. Atqui, dicat aliquis, fuisset hoc modo Æneæ, non Didonis genus propagatum, filij enim patrem sequuntur. Ego verò & Æneæ, & Didonis aio, cuius apud Pænos semper maior, quam illius habita fuisset ratio. 33

TE PROPTER LIBYCÆ GENTES) Satis plena perfectaq; oratio fuisset, si hoc ibi perorasset, *Et istam oro si quis adhuc, &c.* Verum quoniam ad cōmiserationem augendam, animosq; emolliendos enumeratio incommodorū plurimum valet, idcirco per distributionem præteriti, præsentis, futuriq; temporis, Dido sua incommoda deplorat, exaggeratq; per *ἀνέσσει*: utq; acrimoniâ orationi maiorem adiungat, colore vitur repetitione: quod ad amplificationem maximè facit. Nam à gentibus, &, quod grauius est, à regibus Libycis se odio haberi dicit: idq; quod grauissimum adiungit, sibi Tyrios esse infensos. Tanta autem in fœmina est vis pudicitia, ut ea sæpe à magnis incommodis tuta conseruari videatur. Hoc igitur innuere regina videtur: quod licet inter barbaras, ferasq; nationes urbem posuerit, indeq; ingens vndiq; sibi periculum immineret, tamè antea sperabat fore, ut pudicitia, probitatisq; suæ, ex qua celebrem iam sibi famam comparauerat, ratio haberetur: nunc verò cum omnis pudor eius extinctus sit, nihil sibi præter excidium, extremamq; calamitatem expectandum esse. Nascimbæ.

QVA SIDERA ADIBAM FAMA) Simile, in celo esse: contrarium, de celo detrahere. Cic. Philipp. 2. Collegam

gam quidem (Dolabellam) de caelo detraxisti, effe-
cistiq; non tu quidem etiam nunc, ut sit similis tui, sed
certè, ut dissimilis esset sui. Non immeritò autem fa-
mam, & tam illustrem famam suam esse extinctam do-
let Dido. Etenim ut ignis semel accensus facile conser-
uatur, extinctus non facile rursus accenditur: sic fa-
mam tueri non est difficile: amissam autem & velut ex-
tinctam restituere, difficillimum est.

ANTE FUGAM) Amatoriè, & amarè *ante fugam*.
Nam fugam rursus illi objicit, & ingentem amoris sui
affectum ex nimio habendi filij desiderio declarat.
Nascimbæn.

SI QVIS MIHI PAR. AVL. LVD. ÆN.) *Tale est illud
Catulli suavissimum, in nupt. Julia.*

Torquarus, volo, paruulus
Matris è gremio suæ
Porrigens teneras manus
Dulcè rideat ad patrem,
Sed micante labello.

Sit suo similis patri
Manlio, & facilè inficijs
Noscitur ab omnibus.]

Prima pueritia lufibus intenta est: quam prudenter de-
scribes, ne ineptias: pauci namq; probant Homerum,
nemo potest defendere, cum Phœnix exprobrat infan-
tiam Achilli.

Πολλάκι μοι χαλκίδεωσας ἐπὶ σὴθεσσι χιτῶνα,
Οἶνε δὲ πλάζων ἐν νηπιέη ἀλεγεινῇ.

Parum enim differt ab ijs, quæ Aristophanes in Nubi-
bus, βρῦν, μαμμῶν, χαλκῶν. Verùm sanè nobis coluntur, ut
ait Martialis, Musæ seueriores. Parcissimè noster hic,
si quis mihi paruulus aula Luderet Æneæ. Scalig. Poet.
lib. 3. cap. 15.

QVI TE TANTVM ORE REFERRET) Signum coniu-
galis pudicitie, viro similes generare liberos, quã vnã
ex felicitatibus aurei sæculi nominat Hesiod. Horatius
quoq; lib. 4. Ode 5. *Laudantur simili prole puerpera.* Me-
gara Herculi marito aquid Senecã. *Agnosce Megaram:
natus hic vultus tuos Habituq; reddit.* Adde Martial.

*Est tibi quæ patrij signatur imagine vultus
Testis maternel nata pudicitia.*

De causis physicis huius similitudinis Aristot. lib. 4. de
generat. animal. cap. 3. Plurarch. lib. 5. de placit. philo-
soph. cap. 11. & 12. Censorinus lib. de die natali. Plin. lib.
7. cap. 12. Tiraquell. 7. lege Connubiali à num. 50. Hæc
Delrius Aduersar. & Cõment. in Senecã. * *Julia tamen
Augusti filia, Agrippa viro suo pariebat simillimos liberos, cum
esset interim adultera, & cum alienis quoq; libidines exerceret suas.
Mirantibus igitur quid responderit, habet apud Macrobinum Satur-
nal. lib. 1. cap. 5.*

Dixerat. ille Iouis monitis immota tenebat

Lumina, ET OBNIQVS CVRAM SVB CORDE PREMEBAT.

Tandem pauca refert. Ego te, quæ plurima fando

Enumerare vales, nunquam, regina, negabo

335 Promeritam: nec me meminisse pigebit Elisæ,

DVM MEMOR IPSE MEI, DVM SPIRITVS HOS REGET ARTVS.

Pro re pauca loquar. nec ego hanc abscondere furto

Speravi, ne finge, fugam: nec coniugis vnquam

Prætendi tædas, aut hæc in fœdera veni.

340 Me si fata meis paterentur ducere vitam

Auspicijs, & sponte mea componere curas:

Vrbem Troianam primùm, dulcesq; meorum

Reliquias colerem, & Priami tecta alta manerent,

Et recidiua manu posuisssem Pergama victis.

345 Sed nunc Italiam magnam Grynæus Apollo,

Italiam Lyciæ iussere capeffere sortes.

Hic amor, hæc patria est. si te Carthaginis arces

Phœnissam, Libycæq; aspectus detinet vrbis:

Quæ tandem Aufonia Teucros considerare terra

350 Inuidia est? & nos fas extera quærere regna.

Me patris Anchisæ, quoties humentibus vmbrijs

Nox operit terras, quoties astra ignea surgunt,

Admonet in somnis, & turbida terret imago:

Me puer Ascanius, capitisq; iniuria cari,

355 Quem regno Hesperis fraudo, & fatalibus aruis.

Nunc etiam interpretis diuûm Ioue missus ab ipso

(Testor vtrumq; caput) celeres mandata per auras

Detulit. ipse deum manifesto in lumine vidi

Intrantem muros, vocemq; his auribus hausi.

DESINE,

360 DESINE MEQVE TVIS INCENDERE, TEQVE QVERELIS:
Italiam non sponte sequor.

IMMOTA TENEB. LVMINA) Cum ita moueatur Aeneas miseris alienis, vt etiam multis locis fundat lacrymas, cur Elifam siccis oculis flentem aspicit? Non decuit consuetudine stupri moueri pium virum. Vbi verò apud inferos sui causã extinctam rescit, illacrymatur, additis illis verbis, *Funeris heu tibi causa fuit.* Nec lacrymatur solùm, sed etiam illam auersantem, atque abeuntem prosequitur, miseratione non vulgari. Scalig. Poet. lib. 3. cap. 12. * Non ideo siccos habet oculos Æneas, quia consuetudine stupri commouetur turpe ducat, sed et poete dicit, Iouis monitu, cui ita parebat, et tamen cum affectu suo luctaretur: sequitur enim, obnixus curam sub corde premebat. Erupisset Strig, in lacrymas vir pius, et humanus, nisi illum maior quadam causa, et religio iniecit continuissent. Itaq; Sicut carniem spiritus, et noster est loquendi modus.

EGO TE QVÆ PLVR. FANDO) Tota oratio Æneæ consistit in dilutione exprobrationis, & translatione criminis in fata. Interpretatur enim res ipsas subtilissimè. Is namque est causã status, relatus ad qualitatem. Itaq; etiam cum insinuatione ingreditur: & appellat Reginam, non coniugem, & memorem se pollicetur fore beneficiorum. Vt aliusmodi relaturus sit olim gratiam, quàm faceret vnà manendo. Hoc satis esse debet inter bene institutos ciues. Non enim datur beneficium spe tantundem recipiendi, sed simplici animo, non opera venali. Idcirco Gratia & nuda sunt, & tres, vt qui beneficio prior certat, vbi quippiam vicissim recipit, de integro itidem refundat. Diluit autem nomẽ coniugis, & coniugij, vt subtrahat se crimini impietatis. Quis enim cõiugem sine impietate posset deserere? & appellat fœdus, quod tamen negando tollit. Dum hæc dicit, temperata vitur oratione primùm, quam deinde excitat argumentis, & interrogatiunculis. A maiori: si non fuit fas in pristina terra, quæ auita fuit mihi, vel regnum reparare, vel saltem consistere: magnum quiddam esse oportet, quod mihi certam destinet, eamq; aliam à Carthagine, fatis immobilibus designatam. Obserua verò efficacissimam collationem. Etenim tu, si non petis Italiam, sed fato tibi attributa Carthagini acquiescis: quare vis nos deserere sortem nostram? Verbis autem inuidiosioribus animat sententiam. *Qua tandem Ausonia Teucros consistere terra Inuidia est?* Non quasi hic nos velis, sed quasi nos ibi nolis. Renouat postremò abeundi necessitatẽ non tam per fata (nam & incerta sunt aliquando nobis, & obsecra ob vetustatem, & communia nimis) sed Iouem illico auctorem presentem facit, atq; Anchisen. Quodque maius sit, horum nihil pro se studere: A scario hæc omnia laborari. Quibus ambitionem à se aufert, quam nefas erat amicitia esse potiorẽ. Consensu verborum adauget sententiam, cum appellat *puerum*, & adiungit affectum, *capitisq; iniuria chari.* Scalig. Poet. lib. 3. cap. 24.

NEC ME MEMIN. FIG. ELISÆ) Immortales tibi ago gratias, agamq; dum viuam: nam me raturum affirmare nõ possum, ait Plancus epistola quadam ad M. Tullium. Eandem sententiam continet, quod Æneas hic promittit. Quod autem dicit, non pigebit meminisse, pro, libenter, & volens meminero, rectè dictum est, iuxta illud Ciceronis l. de finibus. Est autem situm in nobis, vt & aduersa quasi perpetua obliuione obruamus, & secunda iucunde, ac suauiter meminimus. Quod ipsum grati animi officium est in acceptis beneficijs: quorũ crebra recordatio ad amandum bene me-

ritos impellit: cum & bestia diligant eos, à quib; bene sunt habitæ.

ELISÆ) Duplex nomen gessit hæc fœmina. Dido enim iuxta, & Elifa dicta est. De vtroq; consulas disputationem Petri Fabri, Semestrium lib. 3. cap. 13.

NEC EGO HANC ABSCOND. FVRTO) Confutato ingrati animi crimine, in causam præcipuæ questionis ingreditur, & attentam, docilemq; Didonem reddit. Quod ait, *nec ego hanc abscondere furto*, &c. speciem habet propositionis, quod non fugam, sed profectio-nem parat. Quam statim subsequitur ratio quædam. Cur fugerem, cum nulla extiterit inter nos matrimonij coniunctio? Non enim veneram, vt te uxorem ducerem: neq; id etiam feci: siquidem nullis solitis ceremonijs hoc coniugium, si ita appellandum, celebratum est. Nascimb.

Furtum vocabant, quicquid occultè fieret. Catull.

*Aut quam sidera multa, cum tacet nox,
Furtiuos hominum vident amores.*

Tibull. *Veneris per dulcia furta.* Et noster Æneid. 9. *hic furto feruidus instat*, cum de corde & strage nocturna loqueretur. Ex Muret. in Catull. Adde hæc. Velleius lib. 2. Pont. Max. in C. Cafaris locum furto creatus. Statius 9. Thebaid. *Ausus erat furto dextram iniectare Leonteus.* Pro insidijs, Curtius lib. 4. Parmenio peritissimus inter duces artium belli, furto, non prælio opus esse censebat: incepta nocte opprimi posse hostes.

NEC CONIVGIS PRÆTENDI TÆDAS) Vfus facum erat in nuptijs: puer patrimus eam nouæ nuptiæ præferbat, cum noctu in domum mariti deduceretur: duo alij pueri eiusdem conditionis, eam deducebant. Plura Pierius lib. 46. in Facibus. Diximus alibi, ni fallor, plura de face nuptiali. Multa Delrius in Medeam Senecæ, Actu 1. ad illud, *manibus excutiam faces.*

ME SI FATA MEIS PAT. AVSPICIIS) Hanc sententiam complectuntur. Si mihi, vt volo, & opto, res ex animi sententia constituere, & curas, consiliaq; componere liceret, coloniam ad renouandum nomen, & memoriam antiquæ patriæ conderem. Sed mihi non licet arbitrato meo viuere: sed parendum fatis est, & imperium Italiæ fatale capessendum, non colonia tantum condenda, cui vel in Africa possem sedem ponere. Paulò aliter vsurpauit vocem *auspicijs*, quam cum aliquem suis auspicijs gessisse bellum dicimus. Nam hic mea auspicia dicit, quæ, quod volo, pollicentur, neque voluntati meæ refragantur, & proinde pro voluntate posuit. Sic in 12. *Sin nostrum annuerit nobis victoria Martem*, id est, nobis fauentem, & secundum. Turneb. lib. 24. cap. 26. & lib. 26. cap. 5.

Meis auspicijs, pro, meo arbitrato, meisq; præsidijs dixit. Translatum ab Romanis imperatoribus, quibus mos erat, non committere prælium, nisi consultis auspicijs. Eius autem auspicijs res gerebatur, penes quem summa rei gerendæ potestas erat. Potest ergo in prouerbis haberi *meis auspicijs*: cui simile est, meo Marte. Cicero in Verrem lib. 5. Præsertim cum vos vestro Marte his rebus omnibus abundetis. Nostro Marte fit, quod fit nullis auxilijs aliunde ascitis. Chiliad.

ET RECIDIVA PERGAMA POSVISS.) Pergama recidiua & hic, & lib. 10. dixit, nempe quæ reuertantur & redeant: vt recidiua in morbo dicitur: quod enim restituitur, recidere, & redire videtur. Sic

annum redeuntem recidium appellat Tertullianus. A Reciprocarum frugum, & viuidorum elementorum, recidui anni fidem argumentantur. Turneb. lib. 29. cap. 24. * Rediuna dicimus, ait Charisius, qua post interitum redeunt: recidua, qua ex suo casu restituntur. Citat hunc Maronis locum.

QVÆ TANDEM .T. AVSONIA. C. TERRA) Ausoniam appellavit Auson Vlyssis, & Calipus filius, eam primam partem Italiae, in qua sunt vrbes Beneuentum, & Cales. Deinde paulatim quoque tota Italia, quæ Apennino finitur, dicta est Ausonia ab eodẽ duce, à quo etiam conditam fuisse Auruncam urbem ferunt.

ME PAT. ANCHISÆ QVOTIES) Censebant inferos, furias, & huiusmodi alia terriculamenta nocturno solùm tempore inter homines vagari, die luceſcente, robur omne amittere, & humanis se aspectibus subtrahere. Hinc umbra Anchisæ solem oriri causatur lib. 5. Et me senus equis oriens afflavit anhelis. Huc pertinet illud ex Horat. sat. 5. lib. 2. sed me sanat trahit Proserpina, quæ scilicet inferni leges ab umbris quibus preerat, violari non sineret. Propert. lib. 4. eleg. 7. de umbris agens.

Nocte vaga ferimur, nox clausus liberat umbras,
Errat & abiecta Cerberus ipse sera.
Luce in bent leges Lethæa ad stagna reuerti:
Nos vehimur: veltum nauta recense onus.

Papin. Thebaid. 5. de umbra Laij. Dixit, & abscedens, etenim iam pallida turbant Sidera lucis equi. De umbra Theodosij sub auroram Claudian. Dixit, & afflatus vicino sole refugit. Hæc Delrius Comment. in Hercul. Fur. Senecæ, quæ te, ut alia eiusdem doctissimi viri libenter lecturum confidebam. Nunc quid sibi verba poetæ velint, age despiciamus.

Similem, inquit, obiurganti video in somnijs, per quietem patrem meum, & instantem, ut Italiam petam: nec id semel, sed noctibus singulis. Toties ille adest, & sua me præsentia, auctoritatis plena horrore quodam perfundit, & ex officio paternæ pietatis me de itinere à principio instituto ad finem perducendo admonet. Donatus.

NOX OPERIT TERR. AST. IGNEA SVRG.) Tibullus, ut antea docuimus, noctem siderum matrem, Euripides in Electra eorundem nutricem vocavit.

Ὡς δὲ μέλαινα, χερσὶν ἄστρον τερφέ.

Nox aureorum furua nutritrix siderum.

Muret. lib. 5. cap. 2.

Vtilitatem magnam noctis, quod nimirum ad temporis mensuram, ac distinctionem valet, hac ratione explicat Theodoretus de Prouidentia sermone 1. Quoniam enim natura nobis mortalis est, & finitam, certisque temporis spatijs vitam circumscriptam viuimus, oportet

ut vique nos temporum etiam mensuras edoceri. Nox itaque diebus media intercedens, temporis mensuras constituit. Nam si lux quædam perpetua, nullo alio intercedente medio permansisset, certè nec annorum orbis, nec mensium numerum dicere, vel edocere potuissemus: sed vnica illa dies continua præsentis sæculi mensura fuisset, qualem nimirum illius sæculi futuram conditionem credimus. Illum quippe diem sine vespera fore, & omni alia successione cariturum esse, edocti sumus. Etenim huiusmodi sæculum ijs, qui immortales futuri sunt, conuenit. Cum verò in præſenti hoc, propter naturam nostram mortalem, fatòq; obnoxiam multa nobis desint, temporibus mensuras, & spatia nouisse necessarium est, ut dum tempus hoc elabi cernimus, salutis cura tangamur, nosq; ad peregrinationem, & abitionem à sæculo præparemus.

CAPITIS INIVRIA CHARI) Ut Græci φίλη, μίαν κεφαλή, sic Latini sæpe charum, dulce caput, sceleratum, detestandum, inuisum, lepidum, ridiculum caput. Apud Plautum legas verbereum caput, periurij, scelerum caput.

Notat Lamb. in sat. Horat. 5. lib. 1. quæcunque in homine præcipuam vim habent salutis, & vitæ conseruandæ, aut quæ summam præbent voluptatem, atq; vtilitatem, à poetis Græcis chara dici, ut φίλη ψυχή, φίλον κῆρ, φίλος θυμὸς, φίλα γένηα, φίλη κεφαλή, φίλα ὄμματα, φίλοι ὀφθαλμοί, φίλη μήτηρ, φίλα τέκνα. Sed hic charum caput de capite Ascanij, seu Ascanio dicitur. Quin autem & latine quis suum caput sibi charum rectè appellet, nemo dubitat. Horat. Sat. nominata. Si increbuit aura, Cautus uti velet charum caput.

QVEM REGNO HESPER. FRAVD. ET FAT. ARVIS) Ob familiam Iuliam, cui fati imperium poeta debitum fuisse canit. non sine blandimento quærendæ gratiæ Cæsaris dictum est. Turneb. lib. 26. cap. 5.

ITAL. NON SPONTE SEQVOR) Intelligendum est, aliud esse, non sponte facere, aliud inuitum facere. Neque enim quisquis non sponte fecit, inuitus fecisse dicendus est. Vbi vis adhibetur, is demum planè inuitus facit, qui ad vim extrinsecus adhibitam, nihil ipse omnino confert. Ut si per vim deiectus, aut casu lapsus à recto, ruina mea aliquem obtriuero. Sin ipse quoque aliquid conferat, non agit quidem omnino sponte, sed non agit inuitus. Qui merces, leuandæ nauis causa in mare proijciunt, non planè sponte agunt: quis enim res suas sanus sponte proijciat? sed nec prorsus inuiti quidem. Est enim ijs liberum simul cum eis mergi, si velint. At illud malunt: sponte igitur, ut vitam periculo eripiant, mercium iacturam faciunt. Hæc Muret. Commentario libelli de legibus, & senatus-consulto.

Talia dicentem iam dudum auersa tuetur,
Huc illuc voluens oculos, totumq; pererrat
Luminibus tacitis: & sic accensa profatur.

365 Nec tibi diua parens, generis nec Dardanus auctor,
Perfide: sed DVRS GENVIT TE CAVTIBVS HORRENS
CAVCASVS: HYRCANÆQVE ADMORVNT VBERA TIGRES.

Nam quid dissimulo? aut quæ me ad maiora referuo?
Num fletu ingemuit nostro? num lumina flexit?

370 Num lacrymas victus dedit, aut miseratus amantem est?
QVÆ QVIBVS ANTEFERAM? iam iam nec maxima Iuno,

Nec

Nec Saturnius hæc oculis pater aspicit æquis
NVSQVAM TVTA FIDES. eiectum littore egentem,
Excepi, & regni demens in parte locaui:

375 Amissam classem, socios à morte reduxi:

Heu furijs incensa feror. nunc augur Apollo,
Nunc Lyciæ fortes, nunc & Ioue missus ab ipso
Interpres diuùm fert horrida iussa per auras.

SCILICET IS SVPERIS LABOR EST: ea cura quietos

380 Sollicitat: neq; te tenco, neq; dicta refello.

I, SEQVERE ITALIAM VENTIS, PETE REGNA PER VNDAS.

Spero equidem medijs (si quid pia numina possunt)

Supplicia hausurum scopulis, & nomine Dido

Sæpe vocaturum. sequar atris ignibus absens:

385 Et cum frigida mors anima seduxerit artus,

Omnibus vmbra locis adero. dabis improbe pœnas.

Audiam, & hæc manes veniet mihi fama sub imos.

TALIA DICENTEM IAM DVVVM AVERSA TVET.) A
Huiusmodi oratione & se expurgantem, & fugam excusantem, ab initio eum quasi auersata, intuita fuit.

DVRIS GEN. TE CAVCAS. HYRCANÆQVE
AD. VB. TIG.) Affinia sunt hæc Catullianis illis de nuptijs.

Quanam te genuit sola sub rupe leana?
Quod mare conceptum spumantibus expuit undis?
Qua Syrtis, qua Scylla vorax, qua vasta Charybdis?
Idem alibi.

Num te leana montibus Libyis in,
Aut Scylla latrans infima inguinum parte
Tam mente dura procreauit, ac tetra,
Ut supplicis vocem in nonissimo casu
Contemptam haberes? ab nimis fero corde,
Tibull. lib. i. eleg. i.

Flebis, non tua sunt duro præcordia ferro
Vincta, nec in tenero stat tibi corde flix.

Lege quæ diximus in Eclog. 8. super illis, Nunc scio
quid sit amor. Eadem Dido apud Nasonem epist. ad Æneam.

Te lapis, & montes, innataq; rupibus altis
Robora, te seuæ progenere fera.

Aut mare quale vides agitari nunc quoq; ventis:
Quo tamen aduersis fluctibus ire paras.

Similiter apud Nasonem 8. Metamorph. detestatur
Scylla Nisi Megarensium regis filia Minoem regem
Cretensum, Iouis & Europæ filium, se contempta discedentem, cui tamen patriam prodiderat, ex impotenti amore videlicet, cui nihil est tam sanctum, quod non violet.

Hanc quoq; (Cretæ) s; prohibes, & nos ingratis relinquis,
Non genitrix Europa tibi est, sed inhospita Syrtis,
Armeniaq; tigres, Austroq; agitata Charybdis.
Nec Ioue tu natus, nec mater imagine tauri
Lusa tua est: generis falsa est ea fabula, verum,
Et ferus, & captus nullius amore iuuenta
Qui te progenit taurus fuit.

Deniq; tota oratio Scyllæ, Quo fugis? exclamat, &c. valde concordat cum querela Didonis, tacitusq; mea discedere terra, &c. Sic Ovid. amicum diris figit, qui fidem violauerat, lib. i. Trist. eleg. 7.

Non ego te genitum placida reor vrbe Quirini,
Vrbe, meo qua iam non aduunda pede est:

Sed scopulis Ponti, quos hæc habet ora, sinistra,
Inq; feris Scythia, Sarmaticisq; iugis.
Et tua sunt silicis circum præcordia vena:
Et rigidum ferri semina pectus habet.
Quæq; tibi tenero quondam ducenda palato
Plena dedit nutrix vbera, tigris erat.

Pulcherrima sanè disputatio est Phauorini philosophi apud Gell. lib. 12. cap. 1. qua ille nobili faminae suader argumentis pluribus, vt liberos, quos peperisset, non nutricum adhibitarum, sed suo sibi lacte aleret. Qua de re item Plutarchus lib. de educandis liberis, & lib. 1. cap. 4. eiusdem argumenti Maphæus Vegius. Sed in Gelliana illa dissertatione sub finem est his verbis, quod quidem huic loco illustrando faciat. Patiemur ne igitur infantem hunc nostrum pernicioso contagio infici? & spiritum ducere in animum, atque in corpus suum ex corpore, & animo deterrimo? Id hercule ipsum est, quod sæpenumero miramur, quosdam pudicarum mulierum liberos, parentum suorum neq; corporibus, neq; animis similes existere. Scitè igitur, & peritè noster Maro, qui cum versus illos Homeri confectaretur, Patrocli, inquam, Achillem obiurgantis Iliad. 7. ob animum præfractum, & inexorabilem,

Νηλεὺς, ἢ ἄρα σοί γε πατὴρ ἢν ἰκπὸτα Πηλεὺς,
Ὅδ' ἔδεις μήτηρ, γλαυκὴ δὲ σ' ἔτυλε θάλασσα,
Πέτρα δ' ἠλίστατος, ὅτι τοι νόος ἔστιν ἀπνήης,

non partionem solam, tanquam illam, quam ille sequebatur, sed alituram quoque feram, & sæuam criminatus est. Addit enim hoc de suo, Hyrcanaq; admorunt vbera tigres. Quoniam videlicet in moribus inolescendis, magnam ferè partem ingenium altricis, & natura lactis tenet: quæ iam à principio imbuta paterni feminis concretionem, ex matris etiam corpore, & animo recentem in dolem configurat.

Adde his ex Scalig. Poet. lib. 5. cap. 3. Rectè addita vis nutritionis. Neque enim satis, bonis prægnatum esse: sed primis alimentis augeri, aut immutari infantium naturam. Propterea quod & ætas est prope principia, atq; in ipsis principijs: & lac haud ita multum abest à seminis natura. Etenim sanguis discoctus alter in mammillis, alter in testiculis. Vide etiam Macrobi. Saturnal. lib. 5. cap. 11.

Quæri potest, naturæ ne, an educatione, & disciplina homines seu meliores, seu deteriores euadant.

Horat. Ode 4. lib. 4. primum locum naturæ, & generi, secundum institutioni, educationi; tribuit. Idem Plato facit in oratione funebri. Idem Aristoteles 3. Polit. Idem Euripid in Hecuba. Videtur idem sentire M. Tullius 2. Philipp. An verebare, ne non putaremus te natura tam improbum potuisse euadere, nisi accessisset etiam disciplina? *

CAUCASVS HORRENS) Vide quid de eo tradat Strabo lib. 10.

NVM FLETU INGEM. NOSTRO) Questionem soluit, & ab effectu Æneam crudelem esse probat, qui ipsa lugente, ne ingemuit quidem, aut vllum pietatis, ac misericordiæ erga illam signum ostendit, perinde quasi sensibus omnibus careret. Percurrit autem omnes fere extenuationis circumstantias, quæ in hac re attingi possunt, gemitus, oculorum flexiones, lacrymas, misericordiam: hæc omnia humanitatis, pietatis; signa sunt: quorum omnium cum Æneas expertem se præstiterit, illius crudelitas vehementer exagitari, deturparique videtur. Utque; animum reginæ concitatum, iracundiæ, doloris; affectibus perturbatū poeta ostenderet, colore Repetitione vitur, quæ breuib⁹ sententijs, crebrisque figurarum mutationibus adiuncta, cum orationem valde patheticam, tum iratæ personæ naturam, moresque demonstrat. Nascimb.

QVÆ QVIBVS ANTEFERAM) Ἀπορία, quid prius, quid posterius dicam? Figura, cum animo perplexi, nescimus quid potissimum dicamus, aut faciamus. Mox nimio iracundiæ æstu agitata, vbi satis in Æneam oblocuta est, ne dijs quidem parcat, & in Iunonem, ac Iouē, qui sunt dij γαμήλιοι, more desperantium, iram omnem effundit, iniustitiæ, & iniquitatis illos accusans. Nascimb.

NVS QVAM TVTA FIDES) Id est, non tutum est quemquam in fidem recipere, aut de quoquam bene mereri: cum tanta in hominibus perfidia, & ingrati animi peruersitas, & prauitas reperiatur. Nam Æneas, de quo tam bene merita sum, in me ingratus est, & ingrato tamen animo prætexit deorum imperium, perfidiæ latebram quærens, cum simulat se deorum iussis cogi: id enim est, *Nunc Lycia sortes, nunc & Ioue missus ab ipso.* Turneb. lib. 26. cap. 5. * Similiter dictum hoc à Virgilio, ut illud in Terentio, *And. in persona Birria serui, conquerentis de lenitate, & perfidia Pamphili, qui patri se uxorem ducturum, contra fidem sodali suo Charino datam facillimè promiserat.* Nulla ne in re esse homini cuiquam fidem? *Rursum Adelp. Ah me miseram: quid iam credas, aut cui credas? Et sollempne est hominibus, propter vnius culpam queri de omnibus.*

EIECT. LITTORE EGENT. EXCEPI) Epistola ad Æneam, ipsa apud Ouid.

*Fluctibus eiectum tuta statione recepi,
Vixq; bene audito nomine regna dedi.*

Seneca de Beneficijs lib. 7. cap. 25. Aristippus aliquando delectatus vnguento: Malè, inquit, istis effaminatis eueniat, qui rem tam bellam effaminauerunt. Idem dicendum est, malè istis improbis, & importunis beneficiorum suorum quadruplatoribus eueniat, qui tam bellam admonitionem inter amicos sustulerunt. Ego tamen vtar hoc iure amicitia, & beneficium ab eo repetam, à quo petijsem, qui alterius beneficij loco accepturus est, potuisse reddere. Nunquam ne querens quidem dicam, *eiectum littore egentem Excepi, & regni demens in parte locaus.* Non est ista admonitio, non: conuitium est. Satis abundeque est, submissis, & familiaribus verbis memoriã reuocare, *Si bene quid de temerui, fuit aut tibi quidquam Dulce memm.* Ille inuicem dicat, *Quid ni merueris? eiectum littore egentem, excepi.* Notabis igitur, auctore Seneca, horum verfi-

Acutorum festiuum, elegantemque vsu. Obseruauit Hartungus Decuria 3. cap. 9.

HEV FVRIIS INCENSA FEROR) Cum desint plura exprobranda, exclamat per indignationem. Et quia culpam fugat, si qua esset, in deos Æneas transferebat, hunc Dido cum conetur refellere argumentis, neque valeat, mimefi ludit. Montfort.

NVNC AVGVV APOLLO) Augurem appellat etiã Horat. Ode 2. lib. 1.

— tandem venias precamur
Nube candentes humeros amictus
Augur Apollo.

Vbi *μαύτην* intellige, id est, futurorum prouidum, qui præsentit ac diuinat futura, eaq; interpretatur. Sic Chiron apud Pindarum *πύθ, εἰδ. θ.* ait Apollini rerum omnium euentum certum, fixum, notum esse: illum rerum progressionem, & causas cernere: illum scire quot frondes ineunte vere terra profundat, quot arenæ in mari, & fluminibus impetu ventorum, & fluctibus agitentur. Et apud Ouid. lib. 1. Metam. ipse de se, *per mo quoderitq; fuitq; Estq; patet.*

IOVE MISSVS AB IPSO INTERP. DIVVM) Mercurius deorum nuntius. Horat. Ode 10. lib. 1. *Te canam magni Iouis, & deorum Nuntium.*

SCILICET IS SVPERIS LABOR EST) Ludit argumenta, & causas navigationis, ironia, cum non sit, quibus refuter: respiciens ad quorundam philosophorum impiam opinionem, tollentium diuinam prouidentia. Montfortius.

Terent. *And. Id populus curat scilicet.* Epicureum dogma est, vt meminit Cicero 1. de nat. deor. Quod æternum beatumque sit, id nec habere ipsum negotij quidquam, nec exhibere alteri. Itaque neque ira, neque gratia teneri: quod quæ talia essent, imbecilla essent omnia. Quam sententiam impiam, & à sacris Christianorum litteris longè alienissimam, expressit hisce verbis Lucret. lib. 1.

*Omnis enim per se diuim natura necesse est
Immortali auo summa cum pace fruatur,
Semota a nostris rebus, seiunctaq; longè.
Nam priuata dolore omni, priuata periculis,
Ipsa suis pollens opibus, nihil indiga nostri,
Nec bene promeritis capitur, nec tangitur ira.*

NEQVE DICTA REFELLO) Oratorium verbum est, refellere. Oratorum enim est argumenta aduersariorum refellere, id est, refutare, ac dissoluere. Post, ironica concessione Æneam arguit imprudentiæ, ac temeritatis, qui in tali tempore, mari tempestuoso navigare audeat. Ei pessimè ominatur, coniectura ducta ex eius crudelitate, deorumque iustitia, quos tamen paulò ante vt iniustos criminata est, vt inconstantiam furentis faminae agnoscas. Nascimb.

I, SEQVERE ITALIAM VENTIS) Terentianum illud simile huic, in persona Demæ ad Mitionem, de corrupto filio. *tibi si istuc placet, Profundat, perdat, pereat, nihil ad me attinet.*

SPERO EQVIDEM MED. SVPLICA HAVS. SCOP.) A difficultate perueniendi in Italiam, si modo perueniat. Nam si in scopulos impingat, id quod optat, expendet dijs perfidiæ suæ pœnas. Obseruandum, medios scopulos hic dici, qui inter Africam, & Italiam sint occursuri. Montfort.

SEQVAR ATRIS IGNIBVS ABSENS) Seruius putat hoc poetam velle, sequat te nauigantem flammis rogabilibus, quia occidam me. Et huiusmodi flammæ visæ, sunt mali omnis. Hæc explanatio nō placet: melius est, accipere dictum de facibus furiarum, quas ei, vt scelerato, minatur

minatur. Eas autem Cicero, ut alibi retulimus, conscientiarum stimulos, & surda illa verbera, angores, & cruciatus animi ob maleficia interpretatur. Idem tamen quæ sequuntur, Seruius, non imperite.

ET CVM FRIGIDA MORS) Frigida mors, ut frigus pigrum, ab effectu. Horatio gelida, *gelidâq; diuos Mor-te carentes*. Huc adde Lucretij, *Et gelidos artus in lethi frigore liquit*. Virgil lib. 9. *Voluitur ille uomens calidum de pectore flumen Frigidus*.

ANIMA SEDUXERIT ARTVS) Hypallage est, pro animam artubus seduxerit.

OMNIBVS VMBRA LOCIS ADERO) Dicunt Phyci, τὰ βροδάρων animas non recipi in originem suam, nisi vagantes legitimū fati tempus compleuerint: quod B poetæ ad sepulturam transferunt, ut, *Centum errant annos*, lib. 6. Hæc ergo nunc dicit Dido: Occisura me ante diem sum: vaganti mihi dabis pœnas. nam te persequar semper: si autem recepta fuero in originem, pœnas tuas audiam, quas videre non poterō. Hic ergo est totus sensus. Si visis rogabilibus flammis euaseris tempestatem, umbra mea te persequetur: si & hanc euaseris, vel recepta audiam famam suppliciorum tuorum.

Censebantur mortuorum manes infesti quibusdam viuis esse, à quibus illi in vita læsi fuissent, & eos pœnis exagitare. Sic etiam ab Ouidio scriptū est in Ibin.

Tunc quoq; fatorum veniam memor umbratuorum,
Insequar & vultus ossæ forma tuos.
Turneb. lib. 22. cap. 1.

Sic item ab Horatio Ode 5. Epod. vbi puer, quem Canidia cū alijs veneficis mento tenus humi defoderat, ut eum fame necaret, & ex eius iecinore, atque medulla poculum amatorium temperaret, sic illis minatur.

Quin vbi perire iussus expira uero,
Nocturnus occurram furor,
Petamq; vultus umbra curuis unguibus,
Quæ vis deorum est Manium:
Et inquietis assidens prae cordiis,
Pauore somnos auferam,

* Minatur & Theseo Ariadna desertori suo, homini perfidissimo,

HIS MEDIVM DICTIS SERMONEM ABRVMPIT, & auras
Ægra fugit: seq; ex oculis auertit, & aufert,
390 Linquens multa metu cunctantem, & multa parantem
Dicere. suscipiunt famulæ, collapsaq; membra
Marmoreo referunt thalamo, stratisq; reponunt.
At pius Æneas, quamquam lenire dolentem
Solando cupit, & dictis auertere curas,
395 MVLTA GEMENS, MAGNOQVE ANIMVM LABEFACTVS AMORE:
Iussa tamen diuūm exequitur, classemq; reuisit.
Tum vero Teucrici incumbunt, & littore cellas
Deducunt toto naues: natat vnctâ carina.
Frondentesq; ferunt remos, & robora syluis
400 Infabricata, fugæ studio.
Migrantes cernas, totaq; ex vrbe ruentes.
Ac veluti ingentem formicæ farris aceruum
Cum populant, hyemis memores, tectōq; reponunt.
It nigrum campis agmen, prædamq; per herbas
405 Conuectant calle angusto: pars grandia trudunt

Obnixæ

apud Catull. *carm. de nupt. statimq; furias Sina adhuc illi impre-*
catat.

Non tamen ante mihi languescent lumina morte.
Nec prius a fesso discedent corpore sensus,
Quam iustam à diuis exposcam prodita multam,
Cælestūq; fidem postrema comprecet hora.
Quare facta virū multantes vindice pœna
Eumenides, &c.

Et Umbra Iulia Pompeio apud Lucan. lib. 3. *qui ab eius funere sta-*
tum Corneliam pellicem in matrimonium duxerat.

En nupit tepido pellex Cornelia busto.
Hæreat illa tuis per bella, per æquora, signis,
Dum non securos liceat mihi rumpere somnos:
Et nullum vestro vacuum sit tempus amori:
Sed teneat Cæsarq; dies, & Iulia noctes.
Menon letheæ coniux obliuia ripæ
Immemorem fecere tui, regesq; silentū
Permisere sequi. Veniam, te bella gerente,
In medias acies, nunquam tibi, Magne, per umbras,
Perq; meos manes generum non esse licebit.
Abicindis frustra ferro tua pignora, bellum
Te faciet civile meum.

Exempla terrorum, & exagitationum à manibus vel laforum, vel
intersectorum suppeditabunt historia. Vide quid Plutarchus narret
accidisse Pausania, qui puellam occiderat in fontem, in Vita Cemo-
nia. Vide item quid ac Theodorico rege Italia memoret Sigdnus lib.
de regno Italia, postquam ille Boetium, & Symmachum viros opti-
mos per scelus interimi iussit. Dicta nonnulla inuenies infra ad il-
lum versum, Aut Agamemnonius scenis agitatus Orestes.

Plato in Phædone, quæ polluta, impuraque ani-
ma è corpore discesserit: hoc est, quæ illud semper am-
plexa coluerit, & amauerit, eius voluptatibus, ac libidi-
nibus seruerit, eam morte obita circum monumen-
ta, ac sepulchra reuolui tradit, ut quæ profus ab eo non
emigrarit. Sunt qui eorum animas, qui sibi mortem
consciuerunt, post fata cadaueribus magis magisque
vinciri, atque his assidud cohærere, ideoque circa fu-
nus ac sepulturam peruagari suspicentur. Hinc orti
phantasmatum, umbrarum, lemorum terrores. Apu-
leius Apol. 1. Omnia noctium occurfacula somnia bu-
storum formidamina, omnia sepulcrorum terricula-
menta. Poetæ verò, qui nihil sibi non permittunt, ip-
sas è sepulcris umbras euocant, & inimicos suos spectris
exagitare, ac imaginibus quibusdam exercere commi-
niscuntur. Brodæus lib. 5. cap. 11.

Obnixæ frumenta humeris: pars agmina cogunt,
Castigantq; moras: opere omnis semita feruet.

HIS MED. DICT. SERMON. ABRVMP.) Non suum A
sermonem abrupit, sed Æneæ, qui multa dicturus
erat, sed Dido exanimata, & humi collabens fecit, vt ta-
cere cogeretur. Diximus supra, quid sibi vellet, medi-
us sermo.

Vt epitalis infurgat, fingit Didonem animo defice-
re præ mentis impotentia, & ægritudine: rursus Tro-
ianos fugæ studio classem studiosè reparare, omnia sar-
cire, priusquam à Pœnis opprimantur. Atque, admira-
bili artificio ingenia amantium, excandescensque re-
ginæ ac furentis, tum autem Troianorum vim metu-
entium sedulitatem in expediendis nauibus, oculis sub-
ijcit. Montfortius.

AVRAS ÆGRA FUGIT) Quæ exanimatur, nec re-
spirat. Qui enim respirat, aura fruitur: qui non respi-
rat, aura & acere nihil vitur, nec vescitur. Turneb. lib.
26. cap. 5.

SUSCIPIVNT FAMVLÆ) Ex verbis istis eam, (vt
vulgus semilatinorum loquitur) in deliquium cecidisse
intellige. Quod veteres deficere animum, defectio-
nem animi, linqui animo, animo male factum, & ani-
mo malè esse dicebant. Lucret. lib. 3. Quod genus est,
animo malefactum cum perhibetur, Aut animam liquif-
se. λιποψυχία græcè. Plaut. Curcul. Date viam mihi, ani-
mo male est. Cæsar lib. 6. de bello Gall. cap. 7. Reliquit
animus Sextium grauibus acceptis vulneribus. Defici-
ens, ægre per manus tractus, seruatur. Tale quiddam
accidit etiam Euandro, dum Pallantem vnicum suum
cum Ænea abiturum ad bellum contra Rutulos extre-
mum complectitur. hæc genitor digressu dicta supremo
Fundebat: famuli collapsum in tecta ferebant. Home-
rus aliquanto fufius dolorem, defectionemque Pene-
lopes, vbi clam Telemachum suum abiisse cognouit,
lib. Odysseæ 4. expressit, sane admodum patheticè. prin-
cipium loci est. τὴν δ' ἄχος ἀμφεχέθη θυμοφθόρον, &c.

PIVS ÆN. QVAMQ. LENIRE DOL.) Duplex Æ-
neæ commendatio, vna Troianorum. Prima illius à pi-
etate, & commiseratione: sentit dolorem miseræ, inge-
mifcit, solatijs eam permulcere cupit. Secunda ab ani-
mi fortitudine, qua sibi met imperat, seseque à re iucun-
dissima deo obsequutus auellit. Laudantur Troiani à
studio, & diligentia in instruendis, deducendisq; nau-
ibus, & rebus omnibus comparandis, quæ ad profectio-
nem necessariæ videbantur. Haud enim libenter in A-
frica desidebant, cum in Latio sedes quietas, & regnum
sibi promissum scirent.

IYSSA TAMEN DIVVM EXEQUITVR) Pulcher-
rimus locus, & ad Christianos docendos quam accom-
modatissimus. Insculpe animo tuo, mi lector, vuculas
istas, Quamquam, & Tamen: & magistro saltem Maro-
ne discere diuina humanis antiquiora habere, & chariora
ducere in omni genere, in omni tempore. Cogita tecum
sapissime, deum esse amandum super omnia: quem is
demum vere amat, qui eius iussa exequitur, postpositis
omnibus. Quamquam igitur blandissimæ dominæ vo-
luptates te inuident, animumque tuum pertentent, ta-
men iussa dei exsequere, & citius vitam, quam vitæ au-
ctorem desere.

MIGRANTES CERNAS) Secundam pro tertia
persona posuit, cernas pro cernat quis, vt Terent. Fidele
haud sermo mulieri inuenias viru: pro inueniat quis, vel
inuenire possit. Plaut. Capt. videas corde amare inter se.

VELVT INGENTEM FORMICÆ FARRIS ACER-

AVVM) Lucem accipiet hic locus, & celebrabitur huius
bestiola, formicæ, inquam, diligentia, nobilium aucto-
rum sententijs. Primus esto Plutarchus lib. Vtrum ani-
malia plus rationis habeant, terrestria, an aquatica. Nul-
lum enim natura maximarum pulcherrimarumq; rerum
tam angustum speculum habet: quoniam hic ceu pura
quadam in guttula, virtutis totius significatio clarissimè
reliet. Amicitia imago est, illa inter ipsas communicatio:
fortitudinis simulacrum, illa in ferendis laboribus alacritas:
multa temperantia, prouidentia multa, multa iustitia
semina, & argumenta sunt. Iam verò nota sunt omnibus,
illa primum in occurfu benenolentia, dum vacua onustis
cedunt via, ac transitum præbent: dum quæ vel gestatu, vel
importatu difficiliora sunt, arrosa partiuntur prius, ac ge-
stabile pondus in plurimos distributum reddunt: dum se-
mina exponunt siccantiq; sub dio, quam rem pluuia signum
Aratus fecit. Omnem verò intelligentia cogitationem su-
perat illa, ne rursus in frugem exeant semina, procuratio:
neq; enim vt sicca in corruptane in antrum congesta semi-
na maneant, contingit: sed mox humiditate loci persusa,
laeteum quiddam contrahant, mollescantq; ac verti in her-
bam pergant. Vt ne igitur pullulent, ac in frugem corrup-
pantur, alimentiq; vim amittant, durent autem, & esui
sint, umbilicū grani, quæ mitti germen solet, erodunt multo
ante, castrantq;. Vide & Plin. lib. ii. cap. 30. Phocylid.

Μήρυκες γαίης μυχάτος πορολοπιότες οίκος,
Ἐρχοῦν βλόσιο κεχρημένον, ὅπποτ' ἀφραί
Λήϊα περιέσμενα καρπῶν πλῆθυσιν ἀλωαί
Οἱ δ' αὐτοὶ πανεῖο νεοειχέες ἄχθος ἔχουσιν,
Ἡ κελεύων, αἰεὶ δὲ φέρον φορέοντα δάωκει,
Ἐκ δέρεσσι ποτὶ χεῖμα βορὴν σφέτερον ἐπάχουσι
Ἄτρυλον: φύλον δ' ὀλίγον τελέθει πολύμοχθον.

Horat. Sat. i. lib. i.

Audaces mare qui currunt, hac mente laborem
Se se ferre, senes vt in otia tuta recedant,
Aiuunt, cum sibi sint congesta cibaria, sicut
Paruula (nam exemplo est) magni formica laboris
Ore trahit, quodcunq; potest, atq; addit acerno
Quem struit, haud ignara, ac non incauta futuri.
Quæ simul inuersum contristat Aquarius annum,
Non vsquam proreperit, & illis vititur ante
Quasitus patiens.

Ouid. 7. Metamorph.

Hic nos frugilegas aspeximus agmine longo
Grande onus exiguo formicas ore gerentes,
Rugosq; suum seruantes cortice callem.

Infrà graniferum agmen lepidè vocat. Per formicam di-
ligentissimam inuestigationem, solertiamq; in ijs com-
parandis, quæ ad vsum vitæ facerent, ostendebant. For-
mica siquidem ea quoque deprehendit, quæ quisquam
accuratissimè occultauerit. Mox & prouidentiam, quia
memor hyemis, cibaria comparat, & recondit, & cel-
las promptuarias facit, semina interim, ne renascantur,
morsu secat. Lege quæ sequuntur, digna cognitu apud
Pierium lib. 8. in Formica.

IT NIGR. CAMPIS AGMEN) Ennij hemistichiū est.
dixerat ille de elephantis. Rei humilitatem magnitudi-
ne verborum extollit. videtur enim nō de formicis, sed
de militum turmis agere. Sic in 4. Georg. cum de api-
bus loquitur, rem verbis mirum in modum effert.

Admiranda tibi lenium spectacula rerum,
Magnanimosq; duces, totiusq; ordine gentis
Mores, & studia, & populos, & pralia dicam.

CON-

CONVECTANT CALLE ANGVSTO) Non, *conue-* A ditate vehendi tarditatem, difficultatemq; designare
hant, dixit, sed *conuectant*, quia non semel tantum, sed voluisse. Nam formica animal paruum est, nec nisi ma-
sepius, more militum prædantium hoc faciunt. Virgil. gno labore, ac tarditate granū impellere potest: cui il-
9. Æneid. *Conuectare iuuat prædas, & vinere raptis*. Illud lud quoq; accidit perincomodum, quod calle angusto,
etiam diligenter obseruandū est, poetam spondei tar- multisq; difficultatib; impedito illud trahit. Nascimb.

Quis tibi tunc, Dido, cernenti talia sensus?

Quosue dabas gemitus, cum littora feruere late

410 Prospiceres arce ex summa, totumq; videres

Miseri ante oculos tantis clamoribus æquor?

IMPROBE AMOR, QVID NON MORTALIA PECTORA COGIS?

Ire iterum in lacrymas, iterum tentare precando

Cogitur, & supplex animos submittere amanti:

415 Ne quid inexpertum, frustra moritura, relinquat.

QVIS TIBI TVNC DIDO CER. TAL. SENS.) Tale B exclamatio in amorem, qua potestas eius extollitur. Si-
quid accidisse Ariadnæ à Theseo in littore desertæ nar- milis illa in aurum lib. 3. *Quid nō mortalia pectora cogis*
rat Catullus politissimis versibus. *Auri sacra fames?* Sumplic ex Apollonij lib. 4. *σχετὰ*
ἔπος μίχα, &c. hoc discrimine, quod Græcus nonnulla
Nam, fluenti sono prospectans littore Dia, incommoda, quæ ex amore proueniunt, separatim
Thesea cedentem celeri cum classe tuctur, pluribus recenset, discordias, luctus, gemitus, dolo-
Indomitos Ariadna gerens in corde furoros. resque infinitos: Virgilius communiter paucis omnia
complectitur. Nascimb.

Similes interrogatiōes sunt illæ. Terent. Adolph. *Quid*
illi tandem credis fore animi misero? Cic. Philipp. *Quid*
tibi tunc animi? Demosth. contra Aphobū. *τί οἱ οὐδὲν*
τινὸν φοχθὴν ἔχειν, ὅταν ἐμὲ μὲν ἴδῃ, &c. Apollon. *Ἐὖ ἀνα,*
τίς πάλισά νόος; Duorum sensuum mentio fit à poeta,

visus, & auditus. Videbat, quæ parabant ad abitū: ipsos C
præ lætitia clamantes, & inter se gratulantes audiebat:
quæ ambo mirè cruciabant Didonem. German. Vrsin.
Nascimb. * *Cernenti talia, inquit, non, audienti: quo maiorem*
neceffe fuit dolorem exoriri Segnius irritant animos demissa per
aurem, Quam quæ sunt oculis subiecta fidelibus, inquit, ad Pison.
Horatius. *Quare tyranni quos grauius cruciat & voluit, eos also-*
rum aspiciere supplicia prius, charorum maxime, cogunt.

IMPROBE, AMOR QVID NON) Cum indignatione

Anna vides toto properari littore circūm:

Vndiq; conuenere: vocat iam carbasus auras,

Puppibus & læti nautæ imposuere coronas.

Hunc ego si potui tantum sperare dolorem,

420 Et perferre, soror, potero. miseræ hoc tamen vnum

Exequere Anna mihi. solam nam perfidus ille

Te colere, arcanos etiam tibi credere sensus.

Sola viri molles aditus, & tempora noras.

I soror, atq; hostem supplex affare superbum.

425 Non ego cum Danais Troianam excindere gentem

Aulide iuravi, classemue ad Pergama misi:

Nec patris Anchisæ cineres, manesq; reuelli.

CVR MEA DICTA NEGAT DVRAS DEMITTERE IN AVRES?

Quò ruit? extremum hoc miseræ det munus amanti:

430 Exspectet facilemq; fugam, ventosq; ferentes.

Non iam coniugium antiquum, quod prodidit, oro:

Nec pulchro vt Latio careat, regnumq; relinquat.

Tempus inane peto, requiem, spatiumq; furori,

Dum mea me victam doceat fortuna dolere.

435 Extremam hanc oro veniam (miserere sororis)

Quam mihi cum dederis, cumulatam morte relinquam.

G*

VOCAT

VOCAT IAM CARBAS. AVRAS) Ouid. *Torta corona nata solunt retinacula puppes.* Vocat carbasus auræ, pro auræ vocant carbasa, nota, & Virgilio valde familiaris figura, Inuersio scilicet, siue hypallage. lib. 3. *lenis crepitans vocat Auster in altum.* Ibid. *Et vi cursus in altum. Vela vocet.*

PUPPIB. ET LÆTI NAVTÆ IMPOS. CORON) Ex antiquorum ritu dictum est [*Se etiam monimus in 1. Georg. Sibi idem versus ad Serbum repetitur positus*] qui tutelæ, & deos in puppi nauis cōsecrabant, vt ea quoddam tanquam sacrarium essent, vel sacellum. Ita initio cursus, velleribus, festa fronde, verbenis, fertis in deorū honorem puppes ornabant: vt & alijs templa ferijs solebant ornare. Turneb. lib. 26. cap. 5. *Lætitiæ, inquit Nascimb., securitatisq; animi signū est, coronare naues: id enim facere solebant nauæ, cum præsertim aliquo migrarent, vbi se aliquid boni consecuturos sperarent.*

HVNC SI POTVL TANT. SPERARE DOLOR.) Sperare pro timere *ἀνευχολία* est, speramus bona, timemus aduersa. Hoc autem dicit: Si scissem abiturum Æneam, non tantum dilexissem: si non ita dilexissem, minus nunc dolerem. Si potui, pro si potuissem, enalage temporis. Seruius.

PERFIDVS ILLE) Non Æneas, sed ille, sicut apud Terent. And. Charinus Birria de Philumena, *Quid ais Birria? datur ne illa hodie Pamphilo Nupti?* velut amatorie de certa loqueretur persona. Sic supra Pamphilus Mylidi de Glycerio. *Quid agit? vbi similiter Donatus, amatorie inquit, & familiariter nō addidit, quæ. Virgil. Quæ mihi reddat eum, vel eo me soluat amantem.*

ARCANOS ETIAM TIBI CRED. SENS.) Arcani sermonis significatio trahitur siue ab arce, quæ tutissima pars est vrbis, siue à genere sacrificij, quod in arce fit ab auguribus, adeo remotum à notitia vulgari, vt ne litteris quidē mandetur: sed per memoriam successorum celebretur: siue ab arca, in qua quæ clausa sunt, tuta manent, cuius ipsius origo ab arcendo pender. Festus, Sic ferè Nonius: Arcanum dicitur secretū vel absconditum, quod quæ in arce sunt, celata sunt, & abscondita.

VIRI MOLLES ADITVS, ET TEMPORA) Supra, *Tentaturum aditus, & quæ mollissima sandi Tempora.* Pertinent huc etiam quæ in eum versum attulimus. In Monostichis *eis nauis.*

Ἄρα τὰ κατὰ χρόνον ἐξ ἡ τρυφάουνα.
Omnia suo percepta recreant tempore
Molliores aditus sunt, & tempora ad agendum opportuniora cum otiosis, quietis, & molestia vacuis, quam cum perturbatis, ac sollicitis: cum valentibus, quam cum ægrotis, cum lætis, quam cum mœstis: cum gaudentibus nostris sermonibus, quam cum eos non requirerentibus. Certè in epistolis reddendis Cic. tempus captari voluit, vide Epist. 16. lib. 11. ad familiar. Et Horat. in volumine per Vinnium reddendo Augusto epist. 13. lib. 1. *Biblis apud Nasonem Metamorph. lib. 9.*

*Forstian & missi sit quadam culpa ministri,
Non adijt apte, non legit idonea, credo,
Tempora: nec petijt horamq;, animumq;, vacantem*
Trist. lib. 1. eleg. 1.

*Si poteris vacuo tradi: si cuncta videbis
Mitia: si viros fregerit ira suas.*

Vespasianus, auctore Suetonio, cap. 21. nullo tempore, quam in balneo, & triclinio comior, caq; momenta domestici ad aliquid petendum magnopere captabant.

CVM DAN. TROIAN. EXSCIND. GENT. AVLIDE IVRAVI) Horat. Ode 15.

*Mala ducis ani domum,
Quam multo repetet Græcia milite,*

*Coniurata tuas rumpere nuptias
Et regnum Priami vetus.*

Eustathius in illum locum Homeri, Iliad. β. *ἢ δὲ τὴν δαίτην τὴν ἑρμῆα βήσεται ἡμῶν,* hæc tradit ex Stesichoro. Cum Græcorum fortissimus, & præstantissimus quisq; Helenam sibi vxorem expeteret, tum propter generis splendorem, tum propter eximiam formā, pater Tyndareus, seu Tyndarus, veritus ne vno delecto, & cæteris anteposito, alios sibi inimicos & infensos redderet, eos omnes ad iusturandum adegit, ei cui filiam suam in matrimonium collocaret, opitulaturos, si qua in illum propter Helenam à quoquam inferretur iniuria. Quo iureiurando ab omnibus dato, & accepto, Helenam Menelao despondit: ita non multo post tempore rapta Helena, principes Græcorum in societatem belli venerunt, iurisiurandi religione obstructi. Hæc, ex Lamb. in eundem locum. Horat.

Coniuratum duces illi Græcorum, vindicatos Menelao factam iniuriam, antequam appellerentur in illam Bæotia partem Aulidem, vbi aduerso detenti vento, versus Ilium cum classe procedere nequierunt prius, quam Dianæ Agamemnoni propter ceruam iaculo confixam vehementer iratæ, responso Calchantis Iphigenia ipsius Agamemnonis filia immolanda duceretur. Ouid. lib. 12. *Metamorph.*

*Defuit officio Paridis presentia tristi
Postmodo qui rapta longum cum coniuge bellum
Attulit in patriam, coniuurataq;, sequuntur
Mille rates, gentisq;, simul commune Pelasga.
Nec dilata foret vindicta, nisi aquora sans
Inuia fecissent venti, Bæotiaq;, tellus
Aulide piscosa puppes tenuisset iuratas.*

Vide lib. 2. ibi. *Sanguine placastis ventos, & virgine cæsa, &c. Ad Pergama,* in Pergama, seu contra Pergama. Ad, enim valet hic, aduersus: quo pacto Græci *ἄρα* solent vsurpare. Horat. 9. Epod.

*Ad hunc frementes verterunt bis mille equos
Galli canentes Casarem.*

id est, contra hunc, Antonium videlicet. Nam Galli equites ab Antonio ad Casarem defecerunt. Martiam Reguli coniugem eo in Africam ad supplicium reuertente, maritum prosequi cupientem simili sententia lamentantem inducit Silius lib. 6.

*Non ego Amyclæum ductorem in prælia misi,
Nec nostris tua sunt circumdata colla catenis.*

NEC PAT. ANCHIS. CIN. MAN. REVELLI) Nul- lum genus hominum detestabilius, sepulcrorum violatoribus. Concil. Toletan. 4. can. 45. decreuit, quod clericus, si in demoliendis sepulcris fuerit deprehensus, quia facinus hoc pro sacrilegio legibus publicis sanguine vindicatur, ab ordine suo submoueat, & triennio pænitiæ deputetur. Crimen hoc si patruerit vir patricius, videlicet ossa, corporisq; reliquias bustis suis, loculisq; eximens, exilio perpetuo: si vero plebeius, aut mediocri fortunæ ciuis, extremo supplicio multabitur: qui verò, cuiuscunq; tandem sortis fuerit, armata id manu, latronis instar fuerit aggressus, capitaliter omnino plectendus erit. Hæc, multoq; plura, liberali eruditione plena, super sepulcrorum violatoribus cap. 17. Apologiae pro defunctis Petrus Bacherius.

CVR MEA DICTA NEG. D. DIMIT. IN AVR.) Caussam suam egit Dido, dum rationē petitionis Annæ præscribit, & per speciem vtilitatis Æneæ, sibi pulchre cōsulit.

EXTREM. MVNVS) Quæ extrema petuntur, solent impetrari facilius. Vnde & statim forori, *Extremā hanc oro veniam.* Adduntur duo velut arietes ad animum quamuis obfirmatū expugnandum, *amanti, &, misera.*

REQUI-

REQUIEM SPATIUMQUE FVRORI) Eadem A Dido in epist. apud Ouid.

Dum freta mitescunt, & amor dum temperat vsus.
Fortiter ediscam tristitia posse pati.

Respexit etiam huc Naso lib. de remed. amor. in persona Circes ad Vlysem iam ab insula soluentem.

Ne properes oro, spatium pro munere posco.
Quid minus optari per mea vota potest?

Sic & Tacitus lib. Annal. 13. de Octauio Sagitta Pontiam deperente, & eius nuptias ambiente, his verbis.

Octavius contra modò conqueri, modò minitari, famam perditam, pecuniam exhaustam obtestans, deniq; salutem, quæ sola reliqua esset, arbitrio eius permittere: ac postquam spernebatur, noctem vnã ad solatium poscit, qua delinitus, modum in posterum adhiberet.

EXTREMAM VENIAM) Extremam gratiam, vltimũ beneficium. Lib. 10. *Sin altior istis Sub precibus venia vlla lateat.* Pollicetur deinde, se non ante morituram, quam ei cumulatissimè responderit. Nascimb.

Talibus orabat, talesq; miserima fletus
Fertq;, refertq; soror: SED NULLIS ILLE MOVETVR
FLETIBVS, AVT VOCES VLLAS TRACTABILIS AVDIT.

- 440 Fata obstant, placidasq; viri deus obstruit aures.
Ac veluti annosam valido cum robore quercum
Alpini Boreæ nunc hinc, nunc flatibus illinc
Eruere inter se certant: it stridor, & altè
Consternunt terram concusso stipite frondes:
445 Ipsa hæret scopulis, & quantum vertice ad auras
Ætherias, tantum radice in tartara tendit.
Haud secus assiduis hinc, atq; hinc vocibus heros
Tunditur, & magno perferit pectore curas:
Mens immota manet, lacrymæ voluntur inanes.

FERTQVE REFERTQVE SOR. SED NULLIS ILLE) B Restitit idem Valentinus, obstruxitq; ciuitatis suæ aures. Notauit. German.
Fert ad Æneam, & iterum fert, sapius fert. Sapius ei querimonias, & lacrymas Didonis exponit, cum eius verbis orat, ne abeat. Si id non possit, adhuc ad tempus hæreat Carthagine, dum miseræ mulieri dies leniat ægritudinem, & consuetudine dolendi, deducat dolere. Sed hæc omnia incassum. Causa subditur, fata & deus: & ad viri constantiam in optima sententia exprimentam, illustris adhibetur comparatio.

Gratissimo animo fuisse Æneas ostenditur, quum tam luculentis verbis in primo gratias agit reginæ, ob clementer auditam legationem, atque socios receptos: & quum in hoc libro, his ipsis verbis:

*— ego te, quæ plurima fando
Commemorare potes, nunquam, regina, negabo
Promeritam.*

Pollicetur enim æternã apud se memoriam beneficij. *Dum memor ipse mei, dum spiritus hos reges artus.* Ne igitur crudelem, aut ingrati putes, vbi dicitur, *sed nullis ille mouetur Fletibus.* Reiectus enim est & effectus, & causa in deos, illo versu, *Fata obstant, placidasq; viri deus obstruit aures.* Ita placida suapte natura erant aures, fato autem factæ duræ. Scalig. Poet. lib. 3. cap. 12. *Suprà eandem animi constantiam sic expressit, ille Iouis monitis immota tenebat Lumina, & obnixus curam sub corde premebat.* Horat. Ode 7. lib. 3. Frustra. nam scopulis sardior Icarum Voces audit adhuc integer.

PLACIDASQ; VIRI DEVS OBSTRUIT AVR.) Placidissimi viri aures deus obstruit, dei iussa faciunt virum alioqui mitissimum, & exoratu facillimum, profus inexorabilem. Locutus est eodè modo Tacitus Annal. 20.

- 450 Tum verò infelix fatis exterrita Dido
MORTEM ORAT: TÆDET CÆLI CONVEXA TVERI.
Quò magis inceptum peragat, lucemq; relinquat,
Vidit, turicremis cum dona imponeret aris,

G* 2

(Horren-

- (Horrendum dictu) latices nigrescere sacros,
 455 Fusaq; in obscenum se vertere vina cruorem.
 Hoc visum nulli, non ipsi effata forori.
 Præterea, fuit in tectis de marmore templum
 Coniugis antiqui, miro quod honore colebat,
 Velleribus niueis, & festa fronde reuinctum.
 460 Hinc exaudiri voces, & verba vocantis
 Visa viri, nox cum terras obscura teneret:
 Seraq; culminibus ferali carmine bubo
 Sæpe queri, & longas in fletum ducere voces.

FATIS EXTERITA) Quod Æneas fato ex Africa A optimo maximo merum, ne præfocetur, date: cupit trahi videretur, seu necessitate quadã fatali, vnde ipsam vitæ pigere cæpit. Cogitantem autem de vita abrumpenda, incitarunt magis, & ad peragendum incæptum hortata sunt omina, ostenta, & responsa vatum, quibus omnibus ei mortem denuntiari apparebat.

CÆLI CONVEXA TVERI) Annotant Grammatici quidam, conuexum cælum cerni non posse, sed eius concauum. Ac deniq; conuexa pro concauis dixisse poetam, &c. vide locum illum lib. 1. *Classem in conuexo nemorum*, &c. Porro qui mori cupiunt, ijs lux, quæ ipsa vita est, semper infensa esse solet. Hinc illud lib. 6. *Lucemq; perosi Proiecere animas*. Nascimb.

LVCEMQUE RELINQVAT) Ennius Annal. 3. *Lumina sis oculis etiam bonus Ancu' reliquit*. Cic. lib. 2. de diuinat. *Luce serenanti vitæ lumina liquit*.

THYRICREMIS CVM DONA IMP. ARIS) De thure, & vino in sacrificijs deorum, cum eorundem facta irrisione hæc Arnobius lib. 7. Verum omnis hæc ratio longè est ab dijs sita, nec exigui limitis interiectione discreta. Nam si verum est, (vt à sapientibus creditur) incorporales hos esse, neque validitatis alicuius eminentia subleuat; inanis apud hos odor est, nec sensibilibiter cõmouere aura eos potis est nidoris alicuius: non si mille tu pondera masculi thuris incendas, cælumq; hoc torum redundantium vaporum nebulositate cludatur. Quod enim non habet robur, & substantiam corporalem, contrectari à substantia non potest corporali: odor autem corpus est, tactis sicut naribus indicatur: à deo ergo sentiri ratione non potest vlla, qui caret re corporis, atq; omni sensu, & cogitatione priuatus est. Merum thuris est locium, quod explanari cõsimiliter poscimus, cur ei superfundatur incensio. Si enim ratio cur fiat non ostendatur, nec habebit expositam sui causam, non iam istud errori obijciendum est ludicro, sed (vt dicamus expressius) insaniam, dementiam, cæcitatē. Vt enim iam sapius dictum est, debet omne quod geritur, causam sui habere perspicuam, nec caliginis alicuius obscuritate contectam. Si ergo fudit facta, aperite, monstrate, liquor iste cur detur, id est, vinum superfundatur altaribus. Nunquid enim numinum corpora sitim sentiunt aridam, & eorum necesse est siccitates humore aliquo temperari? Nunquid nobis vt mortalibus mos est, cænis intermiscere portiones, partem etiam more post solitos victus liborum, & pultium, hostiarumq; cæsarum, quo putrescat facilius, & percoquatur cibus, frequentissimo irrigant, accipiuntq; se vino? Date quæso immortalibus dijs bibant, scyphos, brias, pateras, sympiniaq; depromite: & quoniam tauris pinguibusq; se dapibus, atq; opimis inferciunt escis, ne quod in stomachi tramite male transporatum substiterit viscus succurrite, properate, Ioui

eruolare, nec potis est: ac ni illa labatur, & dissoluatur obstructio, periculum maximum est, ne oblitus interumpatur spiritus, & viduatum remaneat sine suis administratoribus cælum. Sed frustra, inquis, inequitas nobis: non enim nos superis ob eas profundimus merum causas, tanquam illos existimemus aut sitire, aut bibere, aut suauitatis eius affectione lætari. Honoris eis ergo datur: quod fiat illorum elatior, amplior, augustiorq; sublimitas, altaria super ipsa libamus, & venerabiles cniissas carbonibus excitamus extinctis. Et quæ grauior infligi contumelia dijs potest, quam si eos credas accepto mero propitios fieri: aut honorem existimes habitum his magnum, si modo vini exigui rorem superviuidam ieceris, atq; instillaueris prunam? Non nobis est sermo cum hominibus rationis expertibus, neque quibus non sit communis intelligentiæ veritas: inest & vobis sapientia, inest sensus, verumq; nos dicere apud vos ipsi interiore iudicio scitis. Sed quid facere possumus considerare nolentibus penitus res ipsas, secumq; ipsis loqui? Facitis enim quod fieri cernitis, nõ qd fieri oportere cõfiditis: nimirum quia apud vos plus valet nullam habens consuetudo rationem, quam rerum inspecta natura veritatis examinatione pöderata. Quid est enim deo cū vino, aut in eius materia vis qualis, aut quanta est, quod cum effusum fuerit, sublimitas eius augeat, & honorata existimetur auctoritas? Quid, inquam, deo cum vino est, Venereis re proxima, neruos omnium debilitante virtutum, verecundiam, pudoris, & castitatis inimica? Quod in insaniam, & furores mētes sepius præcipitavit excitas, ipsosq; illos deos maledictis compulit exauctorare dementibus. Itane istud non nefas, & plenum sacrilegij crimen est, honori hoc dare, quod si tu auidius sumpseris, quid facias nescias: quid loquaris ignores: ad extremum temulenti, luxuriosi, & perditæ, conuitiū, infamiamq; merearis? Hactenus ille. *Cum dona imponeret aris*. Sic lib. 1. *aut supplex aris imponat honorem?*

IN OBSCOEN. SE VERT. VINA CRVOR.) Sen. Oedippo. *Libata Bacchi dona permutat cruor*. Etiam Valerius inter aduersa, minaciq; prodigia refert his verbis lib. 2. de Xerxe loquens. Priusquam Athenas deleret, Lacedæmonis inuadendæ cõsiliū agitantem, admirabile inter cœnam prodigium incidit: infusum namq; pateræ eius vinum in sanguinem, nec semel, sed iterum & tertio conuersum est. German.

Fuit & sanguinis signum, oblatum in sacris vinum, atq; eo nonnunquã cognomento nuncupatum. Quare non tantum ostenti loco hic positum: sed videtur Maro aliquod significatum attigisse, quod & pro vino sanguis, & pro sanguine vinum acciperetur. In Deuteron. Et sanguinem vix biberent metacissimum. Et in psal. Sanguis.

Sanguinem vna biberunt, &c. Pierius lib. 53. in Vite. *Facit huc quod legitur apud Plinium lib. 14. cap. 5. Androcydes, Et Alexander M. in bibendo intemperantiam cohiberet, Vinum, inquit, potaturus rex, memento te bibere sanguinem terra.*

FVIT IN TECTIS DE MAR. TEMPLVM.) Priuatim cuiq; licebat, quem vellet, ex suis consecrare, & illi familiare templum erigere, quod hic à Didone factum est, eoq; allusum ab Ouid. in epist. Briseidos ad Achillem.

Perq; trium fortes animas, mea numina, fratrum, Qui bene pro patria, cum patriaq; iacent.

VELLERIB. NIVEIS, ET FESTA FRONDE RE-VINCT.) Seruius longè aliter intelligit, quàm ego intelligendum puto, sic enim ait. Exhibendo ea, quæ circa viuos fieri solebant. Moris enim fuerat, vt nubentes puellæ, simul ac venissent ad limen mariti, postes ornarent laneis vittis. Vnde ait, *Velleribus niveis.* Hactenus Seruius. Atqui hoc faciebat noua nupta, non coniux, aliquandiu matrimonio inueterato, nec nisi semel fiebat. Iam Dido maritum, non sponsum colebat. Cæterum omnes dii stemmatis solebant coli. Est autem stemma, teste Sophoclis interprete in Oedipode tyranno, lana ramo circumuoluta, quam rem Virgilius *πρωτογενεσιος* extulit, & Ouidius eandem periphrafin tetinuit.

Est mihi marmorea sacratus in ade Sichæus:

Apposita frondes, vellera & alba tegunt.

Deorum autem simulacra huiusmodi stemmatis integri solere, apud Iulium Obsequentem inuenias, vbi inter prodigia refertur, ea à statuis decidisse. In lectisternio, inquit, Iouis, terræ motu deorum capita se conuerterunt, lana cum integumentis, quæ Ioui erat apposita, decidit. Nannius lib. 7. cap. 16.

Turneb. lib. 22. cap. 12. Apparet veteres solitos esse templa deorum, quæ magno honore colebant, præsertimq; diebus festis, vittis ornare. Seruius de postibus, quos nuptæ laneis vittis ornare, antequam ingrederentur solent, intelligit. Nostræ patrocinator sententiæ Papinius lib. 4. Syluar. sic scribens.

Pande fores superum, vittataq; templa Sabæis Nubibus, & pecudum sibiris spirantibus imple

Solebant & ferijs suas domos ornare frondibus, & lucernis. Tertull. Plures iam inuenias ethnicorum fores sine lucernis, & laureis, quam Christianorum. Ex his facile illud Persianum declaratur. *Satyr. 6. vittataq; fenestra Dispositæ pinguis nebulam vomuere lucerna.* Sed idè Turneb. lib. 24. cap. 26. vult Maronem respexisse ad Romanorum consuetudinem, qui suos Cæsares in deorum numerum referebant, flaminibusq; & sacerdo-

Atijs honorabant. Nam Dido videtur pæne fuisse flaminica Sichæi.

HINC EXAUDIRI VOCES, ET VERBA PRÆCANTIS VIRI) Tale ostentum per quietem eodem gestu Cæcinæ obseruatum narrat Tacitus lib. 1. his verbis. Duce[m] terruit dira quies: nam Qujntilium Varum sanguine oblitum, & paludibus emersum cernere, & audire visus est, velut vocantem, nec tamen obsecutus, & manum intendentis repulisse. German. ** Et Sueton. de Nerone, cap. 46. De Mausoleo, sponte foribus patefactis, exaudita vox est nomine eum cæcis.*

SERAQVE CVLM. F. CAR. BYBO) Sic legit etiam Nonius in voce Bubo, non sola. Erit ergo *sera bubo*, vel nocte canens, vel in auspiciatò, vt hoc vocabulum postea ex Turnebo explicabitur, lib. 5. ad illum versum, *Seraq; terrifici cecinerunt omina vates.* Plinius de bubone lib. 10. c. 12. Bubo funebris, & maxime abominatus, publicis præcipue auspicijs: deserta incolit, nec tantum desolata, sed dira etiam, & inaccessa: noctis monstrum, nec cantu aliquo vocali, sed gemitu. Itaque in urbibus, aut omnino in luce visus, dirum ostentum est. Priuatorum domibus insidentem, plurimis scio fuisse feralem. Volat nunquam quò libuit, sed transuersus auferitur. Capitolij cellam ipsam intrauit Sex. Papellio Istro L. Redamio Cols. propter quod Nonis Martijs vrbs lustrata est eo anno.

Bubo cantu suo, vel gemitu potius tristitia nuntiat, & est hoc tertium omen necis futuræ Didonis. Primum fuit siquidem vinum in sanguinem mutatum. Alterum, vocis nocturnæ tanquam Sichæi, eam accersentis. Ominosus, inquam, est bubonis cantus. Ouid. 5. *Metamorph. Tristia mille locis Strygius dedit omina bubo.* Et noster lib. 12.

Quæ quondam in bustis, aut culminibus desertis Nocte sedens, serum canit importuna per umbras.

Nascimb. Ferali carmine dicit, quasi funebri. Quia enim veteribus mors dicebatur *Fera*, huic omnia quæ ad mortuos, manesq; peftinebant, vocabant *feralia*. Ergo feralia cyparissi apud Ouidium: feralia officia apud Apuleium lib. 1. *Metamorph. epulum ferale* apud Plin. ligna feralia apud Minutium in Octauio, reliquæ feralia apud Tacitum lib. 2. Beroald. in Apuleium Turneb. lib. 14. cap. 22. Obseruauit Delcius Aduers. in Sen. Hercul. Furent.

LONGAS IN FLETVM DVGER. VOCES) longas, & flebiles voces, seu cantus edere.

- 465 Multaq; præterea vatum prædicta priorum Terribili monitu horrificant. agit ipse furem In somnis ferus Æneas: semperq; relinqui Sola sibi, semper longam incommitata videtur Ire viam, & Tyrios deserta quærere terra. Eumenidum veluti demens videt agmina Pentheus,
- 470 Et solem geminum, & duplices se ostendere Thebas: Aut Agamemnonius scenis agitated Orestes Armata[m] facibus matrem, & serpentibus atris Cùm fugit, vltricesq; sedent in limine Diræ.

VATVM PRÆDICTA PRIORVM) Respicit illud. *Dheu vatum ignaræ mentes, quid vota furem, Quid delubra inuuant?*

HORRIFICANT) Id est, horrorem incutiunt. Suprà dixit, terrificant animos, tonitrua videlicet, & fulmina. id est, terrorem animis afferunt.

AGIT FUREM) Agere hoc loco est insequi, agitare, persequi, nullam requiem permittere. **IN SOMNIS)** Sunt quibus videatur scita magis lectio *insomnis* pro insomnijs, ab insomnia, primi ordinis, vigilijs.

G* 3

SEMPER

SEMPER RELINQVI) Per omnes noctes nauigare A videbatur Æneas, quasi eam semper desereret.

IN COMITATA) Quod ferale, & mortiferum o- men est, præcipuè regi.

EUMENID. DEM. VID. AG. PENTH.) De Pentheo rege Thebaru, qui Bacchum contempfit, & à matre, materteruq, per in- saniam trucidatus, ac disceptus est, Ouid. 3. Metamorph. Hygin. cap. 184. De Orestis matricida & furij idem cap. 119. Furorem illum, quo correpta est Dido, cum cognouisset captum iam esse Æneæ abeundi consilium, vt magis exprime- ret, comparauit eam cum duobus, qui sæpe in tra- gædia furentes inducebantur, Pentheo, & Oreste. Ac Seruius eorum exemplorum vtrumque à Pacuui- o sumptum esse dicit, qui furentem induxerit Penthe- um, idemque fecerit Orestem sedentem in Apollinis templo, neque audentem egredi, quod comitata furij matris umbra limen templi obsideret. Neque sane in- ficias icrim, potuisse Virgilium hoc à Pacuui- o sumere: mihi tamen nescio quo modo verisimilius fit, hausisse eum ex ipsis fontibus, atque ex Æschylo potius, & Euri- pide, quam Pacuui- o ornamenta operi suo quesuisse. Apud Euripidem quidè in Bacchis ita loquitur Pentheus.

ἄλλ' ἂν ὄραν μοι δύο μὲν ἡλίους Δοκῶ,
Δισσὰς δὲ θήλας.
Videre videor iam duos soles mihi,
Duplicesq, Thebas.

Apud Æschylum autem in Eumenidibus ea spectan- tur, quæ Latinus poeta de Oreste perstringit. Aut igitur à Græcis illa repetijt, aut à Pacuui- o, qui eas, quas no- minaui, fabulas verterat. Muret. lib. 7. cap. 24.

AVT AGAM. SCENIS AGIT. ORESTES) Anacreon Ode quadam furiosos quosdam nominat, in quibus & Orestem, profiteturq; non se iaculis, aut cædibus patra- tis, verum poculis siccatis velle furere, non vtique Eu- menidum, sed Bacchi furorem.

Ἄφες με τὸν θεὸν σὺ	Sine haustibus Lyaum,
Πῶν πῶν ἀμυρῆ	Sine hauriam profundis,
Θῆλα θῆλα μωήναι.	Furere hunc solo furorem.
Ἐμείνεν Ἀλκμαῶνός τε,	Furebat olim Orestes,
Χ' ὁ λευκόπους Ὀρέστης.	Furebat Alcmaonός,
Τὰς μὲν κ' ἀνδρῶν κ' ἄνδρας.	Vterq, matricida.
Ἐγὼ δ' ἐμὴν κ' ἄνδρα κ' ἄνδρα.	At nemine ipse caso,
Πῶν δ' ἐμὴν κ' ἄνδρα κ' ἄνδρα.	Leni meo sed hausto
Θῆλα θῆλα μωήναι.	Furere hunc solo furorem.
Ἐμείνεν Ἡρακλῆς πρὸν	Olim Hercules furebat,
Δεινὴν κλονῶν Φαίητην.	Quassans & Iphiteum
Καὶ τόξον Ἰφίτην.	Arcum, & truncem pharetram.
Ἐμείνεν Ὀδυσσεύς	Olim furebat Ajax,
Μετ' αἰπίδος κροτάλειον	Ensem Hectoris coruscans,
Τὴν Ἐκτορος μάχαιραν.	Septemplexq, parmam.
Ἐγὼ δ' ἐγὼν κ' ἄνδρα κ' ἄνδρα.	At poculum ipse gestans,
Καὶ σίμω τὸ χεῖμα κ' ἄνδρα.	Et has comis corollas,
Ὅν τόξον, & μάχαιραν.	Non spiculum, nec ensen,
Θῆλα θῆλα μωήναι.	Furere hunc solo furorem.

Neronis matricidium cum Orestis paricidio cōparat Iu- uenalis Satyr. 8. crudeliorem videri Neronem postulat.

— quis tam
Perditus, vt dubites Senecam præferre Neroni?
Cuius supplicio non debuit vna parari
Simia, nec serpens vnus, nec culleus vnus.
Par Agamemnonida crimen: sed causa facit rem
Dissimilem. Quippe ille deis authoribus vltor
Patris erat cæsi media inter pocula: sed nec
Electra ingulo se polluit, aut Spartani
Sanguine coningij, nullis aconita propinquis
Miscuit, &c.

De eodem Nerone, quod ad terculamenta huius ge- neris, quo Orestes est agitatus, pertinet. Neque tamen sceleris conscientiam, quamquam & militum, & Sena- tus, populiq; gratulationibus confirmaretur, aut sta- tim, aut vnquam postea ferre potuit, sæpe confessus,

exagitari se materna specie, verberibus Furiarum, ac tæ- dis ardentibus. Quin & facto per magos sacro, euoca- re manes, & exorare tentauit. Vide Sueton. Calig. cap. 59. Othon. cap. 7. Domitianus quoque antequam in- terficeretur, Iunium Rusticum, quem innocentem oc- ciderat, gladio ad se venientem in somnis vidit. Xiphi- lin. Aurel. Victor de Caracalla. Hic fratrem suum Ge- tam peremit: ob quam causam furore pænas dedit, di- rarum insectatione, quæ non immeritò vltrices vocan- tur. Poetarum Furias istas vltrices M. Tullius duob' lo- cis ad conscientie illos angores, & cruciatus refert, qui- bus sceleratorum animi dies noctesque puniuntur, & tanquam assiduis stimulis cruentantur. Primus est in Rosciana, his verbis. Videtis ne quos nobis poetæ tra- diderunt, patris vliscendi causa, supplicium de matre sumpsisse, cum præsertim deorum immortalium ius- sis, atq; oraculis id fecisse dicantur, tamen vt eos agitent Furie, neque consistere vsquam patiantur, quod ne pij quidem sine scelere esse potuerunt? Sic se res habet, iudices. magnam vim, magnam necessitatem, magnam possidet religionem paternus, maternusque sanguis: ex quo si macula concepta est, non modo elui non po- test, vsque eò permanat ad animum, vt summus furor, atq; amentia consequatur. Nolite enim putare, quem- admodum in fabulis sæpè numero videtis, eos, qui a- liquid impiè, scelerateque commiserint, agitari, & per- terreri Furiarum tædis ardentibus. *Sua quemq, frans, & suus terror maximè vexat: suum quemq, scelus agitat, a- mentiaq, afficit, sua mala cogitationes, conscientiaq, animi terrent.* Hæ sunt impijs assidua, domesticaque furie: quæ dies, noctes parentum pænas à consceleratissimis filijs repetunt. Alter in Pisoniana, istis: Nolite enim pu- tare, P. C. vt in scena videtis, homines consceleratos impulsu deorum terri Furiarum tædis ardentibus: *sua quemq, frans, suum facinus, suum scelus, sua audacia de- sanitate, ac mente deturbat. hæ sunt impiorum furie, hæ flamma, hæ faces.*

VLTRICESQVE SED. IN LIM. DIRÆ) Quia apud Æschylum in Eumenidibus templum Apollinis non ingrediuntur Furie: sed Orestem in limine expectant. Nam earum ingressu religio fani violata fuisset. Tur- neb. lib. 26. cap. 5. Ipsas Eumenidas sic vocat Virgilius. Eadem enim Erinnyes dicuntur. Filie noctis credebã- tur, & homines atrocibus turpificatos vitij vlisci. Eu- ripides videre ipsas ait omnia: cuius est illud ex Oedipo Coloneo τὰς πάνθ' ὀρώσας Εὐμενίδας. Ipsæ de iustitia sua multa apud Æschylum prædicant: se videlicet nemini bono irasci, à sceleratis tantum meritis pænas exigere. Vinum ad earum sacrificia non adhibebatur: quæ & id- circo νηφάλια dicebantur. Fiebant autem media nocte, vt ex Æschylo intelligitur. Ex Muret. in Catull.

Vetuit Iustinianus noster ius alyli homicidis seruari: mandauitque præsidibus prouinciarum, ne ἀσφάλειαν, id est, securitatem ex sacris locis illis concederent: neύε τὸς χαλαμένους λόγους, id est, quod vocant saluum condu- ctum, facile darent. Cui sententia illud Exodi cap. 21. cōuenit. Si quis ἐπιθῆν' &c. id est, dedita opera occiderit proximū suum, & per insidias, ab altari meo euelles eū, vt moriatur. At hodie iuris Pontificij DD. aliud obser- uant, & omnibus facinorosis, immunitatem Ecclesie saluam esse iubent: publicis latoronibus, aut nocturnis depopulatoribus exceptis, legemq; Exodi non in sim- plici homicidio intelligunt, sed quod alio crimine ag- grauetur. Veteres certe Græci videntur Pontificijs con- cordare, quorum fabulis traditum est, Orestem, cum matrem occidisset, & à tribus Furijs infestaretur, in té- plum Apollinis confugisse, nec ingredi aufas Eumeni- das,

das, sed expectasse dum exiret. Hinc ita Virgil. *ultri-* A. *caussa* doctissimi homines fictis fabulis prodiderunt, eum, qui patris vlciscendi causa matrem necauisset, variatis hominum sententijs, non solum diuina, sed etiam dea sapientissima (Mineræ) sententia liberatum. Alciat. Parerg. lib. 7. cap. 6. Vide lib. 3. ibi, *Asi illum ere-* *pta magno inflammatus amore Coniugis, &c.*

cosq; sedent in limine *Dira*. Euripides in Oreste ex persona Apollinis prædicit venturum eum Athenas, & ibi in Atiopago fore, vt ex diuina ope absolueretur, Furiaq; amplius eum non infestarent: aduersus eas enim deos victoriam duros. Cic. pro Milone. Non sine

Ergo vbi concepit furias, euicta dolore,
475 Decreuitq; mori: tempus secum ipsa, modumq;
Exigit: & mœstam dictis aggressa sororem,
CONSILIVM VVLTV TEGIT, AC SPEM FRONTE SERENAT.
Inueni germana viam (gratare sorori)
Quæ mihi reddat eum, vel eo me soluat amantem.
480 Oceani finem iuxta, solemq; cadentem
Vltimus Æthiopum locus est, vbi maximus Atlas
Axem humero torquet stellis ardentibus aptum.
Hinc mihi Massylæ gentis monstrata sacerdos,
Hesperidum templi custos, epulasq; draconi
485 Quæ dabat, & sacros seruabat in arbore ramos,
Spargens humida mella, soporiferumq; papauer.

ERGO VBI CONCEPIT FURIAS) Aggreditur B ad modum explicandum, quo vltima est Dido in nece sibi paranda.

AC SPEM FRONTE SERENAT) Hypallage est, *spem fronte serenat*, id est, serena, & exporrecta, hilariq; fronte spem simulat. lib. 1. *Spem vultu simulat premit altum corde dolorem*. Catull. *celans dulci crudelia forma Consilia, in nostris requiescit sedibus hospes*. Sophocleus Ajax à priore sententia se recessisse fingit, Thecmeleæ remouendæ causa, ne se interficere volenti impedimento foret. Quæ Sophoclis fictio sic Virgilio placuit, vt eam huc transtulerit. Sic Medea apud Senecam ad Iasonem, de quo se vltura erat atrocissimè.

Et illud voce iam extrema peto:
Ne si qua nos ter dubius effudit dolor,
Mancant in animo verba: sed melior tibi
Memoria nostri subeat: hac ira data
Obliterentur.

GRATARE SOR.) Gratari pro gratulari, poetarum est. Sic tamen locutus inuenitur Linius lib. 7. tuum sequentis currum, Iouis opt. max. templum gratantes, ouantesque adire. Et lib. 9. colligebantq; in vnum copias, inuicem inter se gratantes. Tacitus histor. lib. 1. Tribuni tamèn, centurionesq; & proximi militum gratabundi respondent.

QUÆ MIHI REDD. EVM) Æneam, quem quasi notum noluit dicere. Aut quia fastidio quodam eius nomen abhorret. Seruius.

VEL EO ME SOLVAT AMANTEM) Tibull. de saga lib. 1. eleg. 2.

Quid credam? nempe hac eadem se dixit amoris
Cantibus, aut herbis soluere posse meos.

VBI MAX. ATLAS AXEM HV. TORQ.) Fabula inde conficta est, quod Atlas omnium primus solis, & lunæ cursus, siderumq; omnium motus, ortus & occasus certa quadam moueri lege deprehendisse creditus est, eaq; diligenter obseruata, mortalium vsui promulgasse. Et cum in veterum ædificijs videamus imagunculas quoddam, nunc virili, nunc bouilla, nunc alterius animalis facie, quæ vel mutulos, vel coronas sustentent, sciendū

huiusmodi sustentacula Atlantes à Græcis vocari solita. Pierius lib. 49.

Cur autem Hercules dicatur supposuisse humeros, Diodor. lib. 4. cap. 3. hanc causam affert. Hercules insectus prædones, qui Atlantis filias rapuerant, ijs interceptis, puellas patri restituit. Quo ille beneficio morus, non solum dignis factis muneribus donauit Herculem, sed Astrologiam insuper docuit. In qua cum operâ, curamq; impendisset præcipuam, ob spheram atrogum à se inuentam, orbem luis ferre humeris existimatus est. Hercules quoq; cum spheram ad Græcos transtulisset, magna est gloria potitus, existimantibus eum omnibus Atlantico orbi successisse. * *Humeros Atlantes sapius auctores ad hunc modum de negotijs, & rebus quas quispiam præcipue moderatur, suamq; auctoritate, prudentia, labore sustentat, solent & surpare. Cicero pro Milone. Contulit se ad eius competitoris, sed ita, totum & petitionem ipse solus, etiam inuitu illius gubernaret, sola & comitia sua, & dicit abbat, humeris sustinere.*

STELLIS ARDENTIBVS APTVM) A poetis calum stellis aptum dicitur, id est, stellis fixum, confertum, & conspersum. Apud Macrobi. lib. 6. cap. 1. Ennius, cuius versus Virgilius est æmulatus. *Qui calum versat stellis fulgentibus aptum*. Lib. 6. *Autumnoq; magis stellis fulgentibus apta*. Lib. 5. *stellisq; micantibus athera fixum*. dixit, nos verbi illius notionem edocens. Axem autem hinc calum interpretor, vt lib. 2. *nudoq; sub atheris axe*, quod est sub dio, sub caelo. Et lib. 8. *gelidq; sub atheris axe*. Turneb. lib. 22. cap. 23. & lib. 29. cap. 6. * *Varro lib. de ling. lat. 6. ex Attio.*

peruade polum
Splendida mundi sidera bigis
Continuè sex apti signis.

Sic perturbatos restituit versus, & corruptos emendauit Scalig. F. *Mundum aptum sex signis intelligit hoc superius hemisphaerium: nam sex altera signa sunt in inferiore. De iucundissimo aspectu huius regie stellantis, & vocat in 7. sic Lactant. lib. 6. cap. 20. Voluptas oculorum & varia, & multiplex est, quæ capitur ex aspectu rerum, quæ sunt in visu hominum & natura, vel opere delectabiles. Hanc philosophi rectissime sustulerunt. Atunt enim multo esse præclarior, & homine dignior, calum potius, quam calata intueri. & hoc pulcherrimum opus intermicantibus astyrorum luminibus, tanquam floribus ornatum, quæ picta, & ficta, & gemmis distincta mirari. Anaxagoras, & refert Lærtius, eum ab eo quæretur, cuius rei causa natus.*

natum sese putaret, respondit, solis, luna, ac cali videndi. Quod responsum valde reprehendit Lactant. lib. 3. cap. 9.

HESPERIDVM TEMPLI CVSTOS) Consule Symbolas Eclog. 6. ibi, *Tum canit Hesperidum miratam mala puellam.* De iisdem lege Diodor. lib. 4. cap. 3.

SPARG. HYMIDA MELLA, SOPOR. PAPA.) Locu hic negotium facebat Seruio, quaerenti nodum dissoluere, qui torquet illum magnopere: neque enim videtur cibus accommodatus peruigili serpenti, custodiq; aureorum pomorum papauer, quod somnum inducit. Sumpto enim illo, parum recte munere illo suo fungi posset. Victor. lib. 4. cap. 3. ita scrupulum euelli posse arbitratur. Cum fera admodum, truculentaque illa foret bestia, sine periculo ali, curarique non poterat. Quare oportebat saeuam illius naturam mollire. Eodem igitur tempore cibaria, quibus in vita eum retineret, custos illa templi praeparauit, ac sibi consuluit. Nam miscuit, infuditque cibus illis papauer, vt asperum ingenium serpentis mitigaret: hac enim ratione diritas ipsius frangebatur: nec tamen profundus somnus inducebatur. Mel verò aut ipsum quoque humore suo idem praestitit: aut suauitatem addens cibo, faciebat vt libentius deuoraretur. In 6. quoq; lib. vates illa sapiens inferorum canem, ne molestus esset Aeneae, demulcere volens, *Melle soporatum, & medicatis frugibus offam Obijcit.* Medicatas namque fruges accipere debemus, quibus aspersum sit papauer, aut aliquid quod somnum conciliet: vt medicatae herbae vocatae sunt à Celso, quibus vimur ad pellendos morbos, quod sulphur, aut huiusmodi aliam materiam redoleant, instramque eius vim habeant. Accepi Turcarum regem alere tigrim, quae catenis etiam

A vineta, tutò tractari nò possit. Quare cum aliquò ipsam vehere velint curatores eius, succum mandragorae praebere solitos.

Turneb. lib. 28. cap. 45. versum hunc. *Spargens humida mella, soporiferumq; papauer,* explicans, posterius inquit, alienum est à fida perpetuaq; custodia. Sic sentio, immanem illum draconem, vt locum amaret, iucundo lingu mellis retinendum fuisse: & ne perdius, & pernox infomnis tandem deficeret, medicamento velut soporifero ad vires reficiendas, & somnum conciliandum opus fuisse. Maga papauer oblinat melle, vt auidius liguriatur à peruigili serpente. Humidum autè mel dixit, non soporiferum. Et quomodo hic mel ad condimentum papaueris adhibetur: sic illic ad gratiam saporis adijcitur medicatis frugibus, id est, papaueri, & alijs id genus. Idem lib. 29. cap. 6. Hic locus à Criticis reprehensus est, quod Maro peruigili draconi soporatas epulas, quae somnolentū, ac veternosum redderent, dederit: ac in solo papauere notatur, non in melle. Quod tamen Medicus noster soporatum esse contendit inuito Esculapio. Hic haud me poenitet eorum esse sententia, qui censent soporiferum papauer esse admixtum epulis, quo truculenta, saeuaque bestia paulum deliniretur: non vt ad saporem daretur. Nam papauer, quod alijs veternum induceret, tantum peruigili, & infomni draconi quendam languorem, & lenitatem, quandamque tarditatem afferebat, vt minus sauiret. Aut in vicem ipsa interdū seruabat aurea mala, infomniam miserata draconis: epulisque papauer miscebat, vt somno breui, & leui recreatus, integrior ad pristinam custodiam reuerteretur, quod & verius reor.

Hæc se carminibus promittit soluere mentes

Quas velit, ast alijs duras immittere curas:

Sistere aquam fluuijs, & vertere sidera retro.

490 Nocturnosq; ciet manes. mugire videbis
Sub pedibus terram, & descendere montibus ornos.

Testor, chara, deos, & te, germana, tuumq;
Dulce caput, magicas inuitam accingier artes.
Tu secreta pyram tecto interiore sub auras

495 Erige: & arma viri, thalamo quæ fixa reliquit
Impius, exuuiasq; omnes, lectumq; iugalem,
Quo perij, super imponas. abolere nefandi
Cuncta viri monumenta iubet, monstratq; sacerdos.
Hæc effata silet: pallor simul occupat ora:

500 Non tamen Anna nouis prætexere funera sacris
Germanam credit, nec tantos mente furores
Concipit, aut grauiora timet, quam morte Sichæi.
Ergo iussa parat.

HÆC SE CARMINIBVS PROMITTIT) Promittit, Datq; accuratius scribere. Sin erit commune, ac vulgatū, inquit. Occultè ad morem impostorum alludit, sese mirabiliter iactantium, & magna pollicentium, hominibusque fucum facientium. Nascimb.

CARMINIBVS SOLVERE MENTES) Tibull. lib. 1. eadem se dixit amores Cantibus, aut herbis soluere posse meos.

Scalig. Poet. lib. 3. cap. 2. in quo agit de expressione personarum. Quod si adscribes, inquit, officium quodpiam rarum, & inusitatum, licebit tibi subtilius,

simplicissima, ac breuissima narratione contentus eris. Itaque magæ personam cum vellet introducere poeta, & artis tetigit capita, & ex historia vetere ortum repetiuit, summa sanè prudentia, quò rem faceret credibiliorem. Quin etiam vbi magæ narrat scientiam, ipse nullam asserit: sed spem affert ex pollicitis personæ, magna, atque præclara de se ipsa prædicantis. Qui mos est horum impostorum.

SISTERE A QVAM FLVVIIS E. V. SID. RETRO)
Crede.

Credebant antiqui, cantamine magico fieri posse, etiã A quæ naturaliter non possent: magico susurramine, vt loquitur Apuleius lib. 1., amnes agiles reuertî, mare pigrum colligari, ventos in amnes expirare, solem inhiberi, lunam despumari, stellas euelli, diem tolli, nocte teneri. Rursus eodem lib. Saga, & diuinipotens, cælum deponere, terram suspendere, fontes durare, montes diluere, manes sublimare, deos infirmare, sidera extinguere, tartarum ipsum illuminare. Quod confirmat illa triuenefica apud Ouid. Medea, inquam, ita enumerans artis suæ multiplicem efficacitatem, atq; potentiam.

*Quorum ope cum volui ripis mirantibus, amnes
In fontes rediere suos: concussa, sisto,
Stantia concutio cantu freta, nubila pello,
Nubilaq; induco: ventos abigoq;, vocoq;:
Vipereas rumpo verbis, & carmine fauces,
Vinaq; saxa, sua conuulsaq;, robora terra,
Et syluas moneo, iubeoq;, tremiscere montes:
Et mugire solum, manesq;, exire sepulchris.
Te quoq;, luna traho, quamuis temerata labores
Aëra tuos minuant: currus quoq;, carmine nostro
Pallent, ac pallet nostris Aurora venenis.
Vos mihi taurorum flammæ hebet astis, & vnco
Haud patiens operis collum pressistis aratro.
Vos serpentigenis in se fera bella dedistis,
Custodemq;, rudem somni sopistis, & aurum,
Vindice decepto Graias misistis in vrbes.*

De potentia eiusdem Medeæ Valer. Flaccus. lib. 6.

*Sola animo Medea subit, mens omnis in vna
Virgine, nocturnis qua nulla potentior aris.
Illius ad fremitus, sparsosq;, per aëra succos
Sidera fixa pauent, & aui stupet orbita Solis,
Mutat agros, fluuiumq;, vias, &c.*

Propert. lib. 1. eleg. 1.

*Tunc ego crediderim vobis, & sidera, & amnes
Possent Cytainis ducere carminibus.*

Tibull. lib. 1. eleg. 2.

*Hanc ego de calo ducentem sidera vidi,
Fluminis hæc rapidi carmine vertit iter.
Hæc cantu finditq;, solum, manesq;, sepulchris
Elicit, & tepido deuocat ossa rogo.
Jam ciet infernas magico stridore cateruas:
Jam iubet adspersus lacte referre pedem.
Cum libet, hæc tristi depellit nubila calo:
Cum libet, æstiuo conuocat orbe niues.*

Super hoc eodem argumento Petronij Arbitri ex Append. Virgiliana versus annumerabo. Loquitur Saga.

*Quicquid in orbe vides, parat mihi: florida tellus,
Quum volo, spissatis arefcit languida succis.
Quum volo, fundit aquas scopulis: atq; horrida saxa
Niliadas iaculantur aquas: mihi pontus inertes
Submittit fluctus: Zephyriq;, tacentia ponunt
Ante meos sua stabra pedes: mihi flumina parent,
Hycanæq;, tigres: inssi seruire dracones.
Quid leniora loquar? Lune descendit imago
Carminibus deducta meis: trepidusq;, furentes*

505 At regina, pyra penetrati in sede sub auras
Erecta, ingenti, tædis, atque ilice lecta,
Intenditq; locum fertis, & fronde coronat
Funerea: super exuias, ensesq; relictum,
Effigiemq; toro locat, haud ignara futuri.
Stant aræ circum: & crines effusa sacerdos

*Flectere Phæbum equos reuoluto cogitur orbe.
Tantum dicta valent. Taurorum flamma quiescis
Virginis extincta sacris. Phœbeia Circe
Carminibus magicis socios mutauit Vlyssi:
Protens esse solet, quidquid libet. His ego callens
Artibus, Idaos frutices in gurgite sistam,
Et rursus fluuios in summo vertice ponam.*

Si nondum ista sufficiunt, videas licet quæ differuimus in Eclog. 8. ibi, *Carmina vel calo possunt deducere Lunã.* Vide & Senecam Actu 4. Medeæ, & in eundem M. Ant. Delrium. Quod si otium est, & lubet nosse artis magicæ originem, eiusq; genera, adi Plin. lib. 30. cap. 1. & 2.

MAGICAS INVITAM ACCINGIER ARTES) A necessitate se excusat, quod artes magicas tentet, & confirmationis ergo per deos, & caput Annæ iurat, seu peiorat potius. Subest etiam occulta artium magicarum execratio, & Romanis semper displicuisse, insinuat.

TV SECRETA PYRAM TECTO) Vbi animaduertit, fidem ita à se factam sorori de sacerdote maga, vt nihil amplius suspicari possit mali, iubet, quasi rem sacram factura, vt pyram struat, ita enim velle ait sacerdotem. Quod vt magis etiam ei probabile videatur, monet, vt remotis arbitris id faciat. Nascimb.

ARMA VIRI) Intellige enses, quem ei pro mnesyno reliquerat, non vt se eo interficeret, nec ideo vocatur impius, quod somniat Seruius.

LECTVM QVE IVGALEM, QVO PERII) propter proditam in eo pudicitiam meam, vbi toties violauit pudorem, quo adibam sidera. Is enim mihi tam gloriosus erat. Seu cum vi erepta est, seu cum illecebris amoris prostrata est pudicitia, periisse dicitur mulier. Iudicauit hoc ita esse infelix Lucretia, vt proditum est à Liuiio lib. 1. Lucretiam sedentem mæstam in cubiculo inveniunt: aduentu suorum lacrymæ obortæ, quærentiq; vito, fatin' saluè? Minime, inquit. Quid enim salui est mulieri, amissa pudicitia: Vestigia viri alieni, Collatine, in lecto sunt tuo.

ABOLERE NEFANDI MON. IVBET) Causam facti assignat, quæ de sacerdotis voluntate deducit. Nascimb.

HÆC EFFATA SIL. PALL. OCCVPAT ORA) Horat. Ode 7. Epod. Tacent: & ora pallor albus inficit. Habitus mulieris necem sibi meditantis, Annæ imprudentiam excusat, argumento probabili ex eo, quod in hominum opinionem non cadit. Nam quis vnquam credidisset, Didonem per speciem noui, inustitq; sacrificij necem sibi parare voluisse? Auger deinde factum, & perstat in argumentatione, & eandem rem exornat per comparisonem à maiori. Si necem non intulerat sibi ob mortem Sichæi, minus putandum fuerat id facturam ob discessum Æneæ. Nascimb.

NON TAMEN ANNA NOVIS. P. F. SACRIS) Quiduis potius suspicabatur Anna, quam sororem meditari sibi necem, eamq; sub istis insolitis sacris celare, & contegere. Nec grauiore in ægritudine futuram discessu Æneæ putabat, quam extincto Sichæo fuisset. Montfortius.

- 510 Tercentum tonat ore deos, Erebumq; Chaosq;
Tergeminamq; Hecaten, tria virginis ora Dianæ.
Sparserat & latices simulatos fontis auerni:
Falcibus & messæ ad lunam quæruntur ahenis
Pubentes herbæ, nigri cum lacte veneni.
- 515 Quæritur & nascentis equi de fronte reuulsus,
Et matri præreptus amor.
Ipsa mola, manibusq; pijs altaria iuxta,
Vnum exuta pedem vinclis in veste recincta
Testatur moritura deos, & conscia fati
- 520 Sidera: tum, si quod non æquo fœdere amantes
Curæ numen habet, iustumq; memorq; precatur.

TÆDIS ATQ. ILLI. SECTA) facibus ex ilice confectis. *A viri monumentū, Diana simulacrum virginis, in ea domo collocabit, in qua semper meretricia lenonum flagitia? Dicta fuit etiam Minerva virgo. Cic. ibid. Hic ornamenta Minerva virginis in meretriciam domum transtulit.*
INTENDITQVE LOCVM SERTIS) Circūligat coronas ex floribus per locum, honoris factorum, & decoris gratia. Præter ferta etiam frondes cupressinas addiderat, quæ pyris mortuorum cremandorum adhibebantur. Necis igitur suæ conscia parat, quæ cum suo corpore cremari volebat. Nascimb.

EFFIGIEM TORO LOCAT) In sacris illis Stygijs, siue Cocytijs, quæ ad amorem pertinebant, de quibus infra dicemus, ibi, *Sacra fons Stygio qua rite incepta parauit*, in his, inquam, sacris aut effigies cerea, similis ei quem deuouebant, ponebatur, quomodo hoc loco exponendum est, contra opinionem Seruij: aut laminæ in eiusdem similitudinem effictæ, quæ ipsullices, ut puto, vocantur à Festo. Ipsullices, inquit, bractæ in virilem, muliebremq; speciem expressæ. Sed ipsullices puto legendum. Lege quæ sequuntur apud Ioseph. Scallig. in Ceirin Virgil.

TER CENTVM TON. ORE DEOS) magna voce sagilla deos quam plurimos inuocat.

EREBVMQVE, CHAOSQVE) Chaos est rudis, inordinatq; materiæ confusa congeries, ut patet ex I. Metamorph. & Eclog. 6. Hic, locus est inferorum: ut apud Senecam Medea, actu I.

— quosq; Medea magis
Fas est precari, noctis aternæ chaos,
Aduersa superis regna, manesq; impios.

TERG. HEC. TRIA VIRG. OR. D) Tergeminū dici, quod ternario constat, præter Horatios, Curiatios, Geryonē, Cerberum docet ex instituto Lambin. in Horat. Ode I. lib. I. Solebat autē Diana & pingi, & fingi triformis, & tribus animalium nominibus vocari gaudebat. Porphy. lib. 4. de non edendis animalibus, *ἢ δὲ Ἐκ τῶν τριῶν, κύνων, λέωνων ἀκύνων, καὶ μᾶλλον ὑπακύνων.* Turneb. lib. 27. cap. 5.

Alias causas adducit Rhodigin. lib. 20. cap. 6. cur tergemina dicta sit. Quia, inquit, triplicem facit visitationem Luna: quum surgit in cornua, & falcata dicitur: cumq; diuidua est: & cum orbe circumacta. Hinc propagatum autumant poeticum cōmentum de triformi Diana. Alij ideo tergemina dici scribunt, quia ut in Argonaut. ait Orpheus, sit trium capitum, ideo *τρίκεφαλον* vocari. Esse dextrum caput equi, sinistrum canis, mediū hominis agrestis. Lege cætera. Tergemina dicta sit forsitan, quod eadem sit Luna, Diana, Proserpina. Vocatur à Lucretio Triuia virgo lib. I. Dicta est Triuia, ut scribit Varro lib. 6. de ling. lat. vel quod in triuio ponatur, vel quod luna putetur esse, quæ in celo tribus vijs mouetur, in latitudinem, longitudinem, altitudinem.

* Et bene virgo, id enim est effectus perpetuo, à patre Ione impetravit, se esse Callimach. Cic. 6. Verres. Verres temperantissimi, sanctissimiq;

SPARS. ET LAT. SIMVLAT. FONT. AVERNI) Mulieres, quæ olim alios solitæ erant expiare, ut eos qui ad dementia delapsi erant, *simulatrices* vocabantur. Opinor, quod multa simularent, & simulatis pro veris venterent, quod & in sacris facere solebant. Erant & simulatrices mulieres, sacris deditæ, à simpulo ita vocatæ. Turneb. lib. 3. cap. 10. Insinuat Turneb. quod apertius lego apud Alexand. Neapolit. lib. 3. cap. 13. Quoties aliquid inuentu rarum, aut difficilè sacrificio adhiberi oporteret, illud cera, vel pane effictum apponere satis habebant, simulacraq; eiusmodi ficta, & commentitia, ac si ipsa res repræsentaretur, eandem vim, & vigorem habebant. Simulatio enim in sacris pro veris accipitur, ait Seruius, unde hausit Alex. Et eodem refert, quod hic dicit Maro de simulatis Auerni laticibus. Vide & Tiracuell. in cap. citatum Alex.

In expiationibus, & deuotionibus *χύτρα* quæ vocabantur à Græcis, spargebantur ramo oliuæ. Et hos latices consentaneum est spargi ramo oliuæ. Nihil enim sunt, nisi *χύτρα*, ut etiam docemur ex Orphei Argonauticis. Sed & alibi facit mentionem rami oliuæ, lib. 6.

Idem ter socios pura circumtulit unda,
Spargens rore leui, & ramo felicitis oliuæ.

FALCIBVS ET MESSÆ AD LUNAM) Aes in sacris, & exantationibus magnam habuisse vim & auctoritatem veteribus, scribit Theocriti interpres in Pharmaceutria, propterea in lunæ deliquijs adhiberi solitum, *ἢ δὲ τοῖς καλοῖς χυμένοις*, id est, & hominum morte: purius enim cæteris habebatur *ἀπλάσιον τῶν μισμάτων*, pollutionum expiatorium. Inde eo utebantur in purificationibus vniuersis. Sophocles tragedia, cui nomen *Ἰσολομοί*, herbarum sectores, Medeam scribit herbas secantem, succos in cados refudisse æneos, herbas vero æneis subsecuisse falcibus. Rhodigin. lib. 19. cap. 10.

Turneb. lib. 6. cap. 10. Nam & vim æri medicatam esse credebant, ut ahenis potius falcibus à venefica searentur herbæ, quam ferreis: nisi poeticè æs pro ferro ponitur. Ouid. 7. Metamorph. *Et plantas partim radice reuellit, Partim succidit curuamine falcis ahenæ.* Et ad lumen Lunæ lectas herbas efficaciores veneficij credebant, quod Lunam veneficij præesse censerent, & herbas sua quadam spuma, & salua inficere. Lucan. lib. 6. *Donec suppositas propior despumet in herbas.* Et Valerius Flaccus lib. 6. *Quamuis Atracio lunam spumare veneno Sciret.* Eodem modo & de venefica scripsit lib. 8. *Contra tartareis Colchis spumare venenis.* Itaque in ea

in ea re vim maiorem lunæ plenæ etiam credebant. Aferis Dido se facturam simulans, hoc è ritu & consuetudine nocturnorum sacrorum, & veneficiorum agit, vt & apud Ouid. 7. Metamorph.

PVBENTES HERBÆ) Pubentes herbæ non sunt adultæ, vt vulgò accipi intelligo, sed lanosæ, lanuginosæ, villosæ. Nam in veneficio, quo viri, qui pubent, & barbati sunt, petuntur, & incantantur, maiorem vim habere, plusq; pollere, quàm læues, & impuberes censebantur. Sic & lib. 12. *Puberibus caulem folijs, declaro, villosa pube lanuginosis: talia enim folia tribuit dictamno Diofcorides lib. 3. cap. 31. Turneb. lib. 26. c. 5.*

NASCENT. EQVI DE FRONT. ET .M. P. AMOR) Amorem appellauit philtron, id est, medicamentum, amorem concilians. Amor enim de fronte reuulsus, est philtron, quod hippomanes vocatur. Quod tamen, vt multa alia, stulta hominum, & credula opinione receptum, vanitatis plurimum habet, nihil veritatis. Sed poetæ erroris propagatores stultas inhærere vulgò opiniones malunt, quàm eripi. Sed enim hippomanes non tam ad restinguendū amorem (quod se facere velle Dido simulabat) quàm excitandum, inflammandūque valebat. Hic igitur reprehendi fortasse Virgil. iure posset. Verùm huic insimulationi facillimum est respondere. Nam hippomanes medicamento adhibitum eam vim habuisset: sed igni mandatum exustumque, amorem penitus aboleuisset: quod quidē erat Dido factura. Turneb. lib. 15. cap. 8. * *De hippomane scriptum à nobis Georg. 5. ad illum versus, Hippomanes, quod sæpè malæ legere nouerca, &c.*

VNUM EXVTA PED. VINCLIS) Sacra magica in-

feris Dido se facturam simulans, hoc è ritu & consuetudine nocturnorum sacrorum, & veneficiorum agit, vt & apud Ouid. 7. Metamorph.

*Egreditur tectis, vestes induta recinctas,
Nuda pedem, nudos humeris infusa capillos.*
Apud Horat. venefica succincta est Sat. 8. lib. 1. *Vidi egomet nigra succinctam vadere palla Canidiam: sine calcceis tamen, & capillo passo, pedibus, inquit, nudis passoq; capillo.* Vt & apud Ouid. 7. Metamorph. *passis Medea capillis.* Turneb. lib. 6. cap. 10. * *Seneca Medea Tibi more gentis vinclo soluens comam, Secreta nudo nemora lustravi pede.*

Quod ad phrasin spectat exuta pedem vinculis, sæpe nomine Vinculorum poeta calcamenta, siue sandalia, siue casturnos intelligunt. Tibull. lib. 1. eleg. 5. Vinculaq; de niueo detrahet ipse pede. Ouid. Fast. 3. Rumpabant magni vincula parua pedes. Metamorph. 3. Vincula duæ pedibus demunt. Et cū per pedes intelligantur affectus, exuere calcceos videtur esse affectus exuere, ac deponere. Cum ergo vnum pedē Vinculis liberauerit Dido, arbitrantur quidam vnumq; à poetæ significari, vno affectu, formidine scilicet mentis eam solutam, quippe qua vitam contempserit.

IN VESTE RECINCTA) succincta vestem. Etiam hæc vna fuit de carimonijs magicis, sicut comarū solutio.

ET CONSCIA FATI SIDERA) Ad Chryssippi opinionem alludit, de necessitate fati. Quasi non sponte sibi mortem allatura sit, sed fato trahatur.

TVM SI QVOD NON ÆQ. FOED. AM. C. NVM. HAB.) Si quis deus est, qui iniquo fœdere (violato fœdere) amantes respicit, eum testem inuoco, me indigna pati. Et hunc inuoco, vt periurij huius, ruptiq; fœderis memor esse velit, violatoremque iustissimo supplicio vincifici. Montfortius.

NOX ERAT, ET PLACIDVM CARPEBANT FESSA SOPOREM
CORPORA PER TERRAS, sylvæq; & sæua quierant
Æquora: cū medio voluuntur sidera lapsu,
525 Cū tacet omnis ager, pecudes, pictæq; volucres,
Quæq; lacus latè liquidos, quæq; aspera dumis
Rura tenent, somno positæ sub nocte silenti
Lenibant curas, & corda oblita laborum.
At non infælix animi Phœnissa: nec vnquam
530 Soluitur in somnos, oculisue, aut pectore noctem
Accipit. ingeminant curæ: rursusq; resurgens
SÆVIT AMOR, MAGNOQVE IRARVM FLVCTVAT ÆSTV.

NOX ERAT, ET PLACIDVM) Locum hunc, vt alios C vt aues, & pisces tum sopitos fuisse credamus: tamen ea licentia interdum est poetices, vt surdis & inanimis naturis animas attribuat, & animatorum euenta, & affectus. Nam mare, etiam arbores, fluuios dormire videtur innuere Papinius lib. 5. Syluar. ad Somnum.

*Cuncta per & terras, & lati stagna profundi
Condiderat somnus, positosq; labore dierum
Pacem nocte datam mortalibus orbis agebat.
At non Sidonium curis flagrantia corda
Ductorem, vigilesq; metus haurire sinebant
Dona soporifera noctis.*

Videtur sanè hanc noctis descriptionem imitatus, & quidem feliciter Sannazarius lib. 2. de partu Virginis.

*Tempus erat, quo nox tardis inuecta quadrigis
Nondum stelliferi mediam peruenit olympi
Ad metam, & tacito scintillant sidera motu:
Cum sylvæq; vrbesq; silent: cū fessa labore
Accipiunt placidos mortalia pectora somnos:
Non fera, non volucris, non picto corpore serpens
Dat sonitum.*

SYLVÆ QVE, ET SÆVA QUIERANT ÆQVORA) Hic poeta etiam mari somnum tribuit, & syluis, quod vt per transnominacionem accipi potest. Et verius est,

*Et simulant fessos curuata cacumina somnos,
Non trucibus fluuijs idem sonus, occidit horror
Æquoris, & terris maria acclinata quiescunt.*

Turneb. lib. 26. cap. 5.

Quid est quod Maro facit noctu syluas, & maria quiescere, quum sæuissimæ tempestates nocturnæ esse soleant? An quod Seruius memorat de animantibus, aut nihil est, aut nimis curiosè exquisitum? neq; poeta semper esse dicit tranquillas noctes: sed tunc illam fuisse, & medium quidem tempus ipsius. Tradunt autem astrologi, plerumq; solere tempestatem mutari, medio diei & noctis tempore. Camer. Problemat.

SVB NOCTE SILENTI) Cui nocte sonantiùs omnia audiantur, abditam quandam, per obscuramq; causam proponit Epicuri schola, dum ab atomis suis reuelli nequit.

quit. Eam verò apud Plutarchum in Sympofiacis Boë- thus recenfet, docens rarefcence aëre, ac fele latius fun- dente, inter atomos non ferè vacuum cõparere. Con- ftipante verò fe, atq; amplius coëunte, denfari perinde atomos quoq; extimumq; vacuum fieri fpatiosum, & veluti hians. Id quod noctu euenire exploratifsimũ eft, fi coniectemus, frigus cogendi, arctandiq; vim habere efficaciffimam. Lege quæ fequuntur apud Rhodigin. lib. 5. cap. 10.

LENIBANT CVRAS, ET COR. OB. LAB.) Statius The- baid. lib. 3. Nox fubir, & curas hominũ, motusq; ferarum Composuit. Lucret. lib. 5. Sed temere, incassum mare flu- Etibu' fape coortis Sauibat. Catull. Vellera virgati custo- dibant calathifci. Lucret. lib. 5. nec scibat ferro molirier arua. Terent. Eunuch. Scibis: principio eam esse dico li- beram. Diomedes lib. 1. ait, veteres verba hæc sine, e, pronuncialfe. Gifan.

AT NON INFEL. A. PHOENISSA) Hoc est, cuius cauffa adhibita est tot rerum comparatio, noctisq; de- fcriptio. Et est Apollonij verfus, quem, fi cum hoc Vir- giliano cõparaueris, illum nudum, omniq; indumento carentem, hunc pretiose ornatum dixeris. Sic Græcus. Αλλά μάλ' ε' μήδειαν εἴπι γλυκερὸς λάβεν ὕπνου. Id est, Me- deam non atrigit fuaus fomnus. Tu attende, quot, qui-

busiue ornamentis, quantæue varietate ornatus prodeat hic noster, qui & affectum commiferationis immifcer, At non infelix animi Phœniffa. Et eleganti dormitionis ταντολογία, cum venustiffima verborũ varietate locum illustrat, dum fubdit, nec unquam Soluitur in fomnos. Il- ludq; etiam mirè addidit, oculisue, aut pectore noctem, Accipit. Audiamus cauffam tantæ vigiliæ. Ingeminant, cura, &c. Apollonius, πολλά γὰρ Αἰωνίδαο πάθη μελεδύματ' εἰσέειπεν. Multæ enim præ amore Æfonidæ, id est, Iafonis curæ excitabant. En, cauffam & ipfe affert, cur Medea fomnum capere nõ poffet: quam quidẽ eleganti com- paratione amplificat, fumpta ex tremulo aquæ atheno infufæ, quam iubar irradiat, qua vfu est noster lib. 8. Hic verò non apponenda fuit furoris exaggerandi gra- tia comparatio, cum eius concitatiffima querela appo- fita fuerit, ex qua facile perficipi poffit, quam varia illi mens effer, quantoq; doloris, atque iracundiæ æftu flu- ctuaret. Nafcimb.

IRARVM FLUCTVAT ÆSTV) Lib. 12. dixit, Irarum, tantos voluis fub pectore fluctus. Catull. de nupt. Et ma- gnis curarum fluctuat undis. Lucret. lib. 3. Nec capere irarum fluctus in pectore poffunt. Et lib. 4. Fluctuat incer- tis erroribus ardor amantum. Fluctuat animus, est apud Plautum, & Liuium.

Sic adeò infiftit, fecumq; ita corde volutat,
En quid agam? rurfusne protos irrifã priores
535 Experiar? Nomadumq; petam connubia fupplex,
Quos ego fum toties iam dedignata maritos?
Iliacas igitur claffes, atque vltima Teucrũm
Iuffa fequar? quiãne auxilio iuuat ante leuatos,
Et bene apud memores veteris ftab gratia facti?
540 Quis me autem (fac velle) finet? ratibusq; fuperbis
Irrifã accipiet? nefcis heu perdita, NEC DVM
LAOMEDONTEÆ SENTIS PERIVRIA GENTIS?
Quid tum? fola fuga nautas comitabor ouantes?
An Tyrijs, omniq; manu ftipata meorum
545 Infequar? & quos Sidonia vix vrbe reuelli,
Rurfus agam pelago? & ventis dare vela iubebo?
Quin morere, vt merita es, ferroq; auerte dolorem.
Tu lacrymis euicta meis, tu prima furentem
His germana malis oneras, atque objicis hofti.
550 Non licuit thalami expertem fine crimine vitam
Degere more feræ, tales nec tangere curas?
Non feruata fides cineri promiffa Sichæo.

TANTOS ILLA SVO RVMPEBAT PECTORE QVESTVS.

EN QVID AGAM? RVRSVSNE) Talis est δειπνοποις, C & δειπνοποις apud Euripid. in Medea, fub perfona ip- fuis Medæ.

Nũn ποὶ τρέπωμαι; ἀβίτηα πρὸς πάρες δόμους,
Οὐς σοὶ πρὸς δὲ, καὶ πάτραν ἀφικέμεν;
Ἡ' πρὸς ταλαίνας περὶ ἀδῆς; καλῶς γ' ἀν' ἦν
Διζαυτο μὲ ὄμοις, ὡν πάρες καλεῖσθαι.

Sophocl. quoque in Aiace. καὶ νῦν τί γρη' ἀράν; Et paulo pòft. ὦ μοι, τί δεῖσσω; German.

Senecæ Medea ad Iafonem, ex Euripidea eiusdem nominis tragœdia, quod fati liquet.

Penatibus profugere quam cogis tuis,
Ad quos remittis? Phafin, & Colchos petam.

Patriumq; regnum? quæq; fraternus cruent
Perfudit arua? quas peti terras iubes?
Quæ maria monffras? Pontici fauces freti?
Per quas reuexi nobiles regum manus,
Adulterum fecuta per Symplegadas.
Ennius.

Quò nunc me vertam. quod iter incipiam ingredi?
Domum paternamne, an ad Pelia filias?

Ita poetæ dubitantes, hẽfiftantesq; & animi perplexos inducunt fæpe, qui graui aliquo cafu opprefsi funt. Do- nat. in illud Terent. Eunuch. Quid igitur faciam? Apparer & multa fecũ cogitaffe adolefcentem, & tan- dem in hæc verba prorupiffe. Menander, εἴτα τι ποιήσω? Profert

1213
Profert dei
additq; Et
frustra cogi
PROCO
procaces m
rem pofcen
Tort
mariti, fe
fuprà nomi
Sic Eclog.
quod graui
lib. 1. Spon
fuo conftan
nim litte
ambirent,
ret. Sed vt
Pen
Com
Vif
Hi
N
Et eleg
Ortalu
proci.
Vr
ipfi iu
cet pe
riore,
rit, fe
qui. Et
get, hæc
futatio,
untur.
QVIA
tatum &
culam, n
nui? Ite
go ferua
illis, qui
Et eft fe
ante leu
Part
28. nec d
quendi
auctore
Sat. 10. li
hunc ipi
carmine
Apud S
quado n
tellecta
QVIA
titudini
Et eft fe

Profert deinde hunc Virgilij locum, *En quid agam?* &c. A illis est superbia) non accipient: aut si acceperint, tandē fidem prodent, sunt enim Laomedontei, & qualis rex, talis populus. Laomedon fefellit fidem datam Neptuno, & Apollini. Nascimb.

PROCOS IRRISA PRIORES) Proci, poscere. Vnde procaces meretrices ab assidue poscendo: & proci, vxorem poscentes in matrimonium. Festus.

TOTIES IAM DEDIGNATA MARITOS) Non qui essent mariti, sed qui volebant, & petebant esse. Procos enim supra nominavit. Talis figura loquēdi crebra est poetis. Sic Eclog. 8. Damon Nilam vocat coniugem, quē tamē, quod grauer conueritur, Mopso nubit. Horat. ep. 2. lib. 1. *Sponsi Penelope*, non reuera sponsi: fidē enim Vlyssi suo constantissime seruabat illa mulier, propterea omnium litteris celebratissima: sed qui connubium eius ambirent, quorumq; vnusquisq; sponsum se fieri optaret. Sed vt eleganter Propert. lib. 2. Eleg. 9.

Penelope poterat bis denos salua per annos

Viueret, tam multis femina digna prociis.

Coniugium falsa poterat differre Minerva,

Nocturno soluens texta diurna dolo.

Visura est quamuis nunquam speraret Vlysem,

Illum exspectando facta remansit annus.

Et mox.

Hic etiam petitur, qui se prius ipse reliquit.

Dij faciant isto capta fruare viro. Eleg. 6.

Nec qua delectas potuit componere Thebas

Phryne, tam multis facta beata viris.

Et eleg. 33. *Vino saepe suum nescit amica virum.* Catull. ad Ortalum, *Vt missum sponso fartino munere malum*, id est proci.

ULTIMA TEUCRYM IVSSA) Teucrum iussa, non quæ ipsi iusserant, sed ea, quæ iussa sunt. Seruius. Non displicet per τολογίαν hæc accipere, vt idem sit cum superiore, & passiuè capiatur, iussa: hoc enim modo idem erit, sequi iussa Troianis à Ioue data, atq; classēs Iliacas sequi. Et est allusio ad illud, quod ante dictum fuit, *Nauiget, hæc summa est.* Sequitur proximè propositionis cōfutatō, per εἰρωπίαν, qua Troiani etiam ἀχαερίστας arguuntur. Nascimb.

QVIA NE AVXILIO IUVAT) Veteribus scriptoribus vsitatum & frequens est, dictioni, qua interrogant, particulam, ne, adijcere. Plaut. Cistell. *quàmne in manibus tenuit?* Iterum. *quànē inficias eat?* Erin Milite. *Quemne ego seruaui?* Terent. Phorm. *Quodnē ego perscripsi porrò illis, quibus debui?* Tale hoc est Maronis, pro, an quia, Et est sensus archaisini, quasi vero profuerit mihi, eos ante leuasse auxilio. Turneb. lib. 28. cap. 1. & lib. 29. c. 6.

Particulam, ne, Torrentius in Iulium Suetonij cap. 28. nec dubitantem, nec interrogantem, in talibus loquendi formis, sed confirmantē, atq; enuntiantem esse, auctore Prisciano docet, qui eam sic accipit in illo Hor. Sat. 1. lib. 1. *ô feri studiorum, qui ne putetis*, &c. Adducit hunc ipsum Virgilij locum, & præterea Catulli illos ex carmine de nupt. *Quem ne ipsa reliqui? Qui ne fugit?* Apud Suetonium quoq; eodē cap. maualt ipse legere, quādo ne plebiscito Pompeius postea abrogasset, sic intellecta eadem particula, quemadmodū supra docuim⁹.

QVIS ME AVTEM, FAC VELLE) Quos proximè ingratitude arguerat, nunc eorum quoq; perfidiam carpit. Et est sensus, si Troianos sequi voluero, ipsi me (quæ in

illis est superbia) non accipient: aut si acceperint, tandē fidem prodent, sunt enim Laomedontei, & qualis rex, talis populus. Laomedon fefellit fidem datam Neptuno, & Apollini. Nascimb.

NAV. COMITAB. OVANT.) Nautas iniuriosè dixit, non, Troianos. Quasi diceret, qui aliud nihil norūt, quā nauigare. *Onantes*, lætantes. Propriè ouatio est minox triumphus.

AN TYRIS, OMNIQ. MAN. STIP. ME.) An armata ciuiū meorum manu fugientes per mare insequar? sed hoc quoq; à difficili reijcit cum argumēto à minori. Montf.

VIX VRBE REVELLI) Quomodo vix? cum dicat in 1. *Conueniunt, quibus aut odium crudele tyranni, Aut metus acer erat.* Si vltro cōuenerunt, quomodo dicit vix vrbe reuelli? Soluitur. Vix, nō ad difficultatem retulit, sed ad tempus: vt vix dicatur, modò. id est, huper. Nam nulla ratione dimitterent patriam, nisi eos aut odium crudele Pygmalionis coegisset, aut timor.

QVIN MORERE, VT MERITA ES) Omnis intentio eius trahit ad mortem. Nam si procos rogare turpe est; solam sequi impossibile, & inhonestum, Tyrios trahere difficile, quibus, vt supra dixit, iam exosa est, sola mors superest. Seruius.

TV LACRYMIS. E. M. TV. PRIMA FVR.) Calamitatis suæ culpam omnem transfert in sororem, verum ita, vt eam nihilominus excuset, cū suis lærymis compulsam dicit, vt ei suaderet coniugiū, & Æneæ copularet, à quo ea passa sit, vt ab hoste grauiora pati nō possit. Montfor.

THALAMI EXPERT. VIT. MORE FERÆ) Reticiētiae quidam modus est, qui non tam defectu, quam veluti ex circutione, excitat vltiorem, pleniorēq; intellectiōnem. Quam figuram propterea nouo nomine diximus Innuitionem. Talis est in hisce versibus. Quāquā enim coniugis pœnitebat Didonem, tamen vt aliquo modo contexeret excusationem cum accusatione, sic locuta est. Quid enim aptius ad excusandum, quam ostendere, vitam illam, quam optabat, esse ferarum, ac brutorum vitam? Hanc autem hominum: ac propterea non damnandum. *εἰρωπίαν* græcè fortasse possis. Scalig. Poet. lib. 3. cap. 80. Quintilianus, vnde Scaligerum sua hausisse crediderim, planius & dilucidius lib. 9. Est emphasis etiam inter figuras, cum ex aliquo dicto latens aliquid eruitur, vt apud Virgil. *Non licuit thalami*, &c. Quamquam enim de matrimonio queritur Dido, tamē huc erupit eius affectus, vt sine thalamis vitam non hominum putet, sed ferarum.

MORE FERÆ) Auspicatissimū in nuptijs signum erat cornix, maximāq; fidei, & inuolati fœderis indicium. Nam ex duabus socijs altera extincta, vidua altera perpetuò manet. Plutarch. lib. Quod bruta ratione vtantur. *Ælian. lib. 3. de animal.* Et lynces post amissam coniugem alteri non iunguntur, vt hîc Seruius testatur.

FIDES CINERI PROMISSA SICHÆO) Sichæo pro Sichæo, sicut, laticemq; Lyæum pro Lyæium. De fide data Sichæo, se eo mortuo nuptiarum nemini, supra:

Si mihi non animo fixum, immotumq; sederet,

Ne cui me vellem vinclo sociare iugali,

Postquam primus amor deceptam morte fefellit.

TANTOS ILLA SVO RUMPEBAT) Vide quæ allata sunt in illud lib. 2. ex Victor. *Composito rumpit vocem.*

555 Æneas celsa in puppi, iam certus eundi
Carpebat somnos, rebus iam rite paratis.
Huic se forma dei vultu redeuntis eodem
Obtulit in somnis: rursusq; ita visa monere est,
(Omnia Mercurio similis, vocemq; coloremq;)

H*

Et crines

- Et crines flauos, & membra decora iuuentæ.)
 560 Nate dea, POTES HOC SVB CASV DVCERE SOMNOS?
 Nec quæ circumstent te deinde pericula cernis,
 Demens? nec Zephyros audis spirare secundos?
 Illa dolos, dirumq; nefas in pectore versat,
 Certa mori, varioq; irarum fluctuat æstu.
 565 NON FVGIS HINC PRÆCEPS, DVM PRÆCIPITARE POTESTAS?
 Iam mare turbari trabibus, sæuasq; videbis
 Collucere faces, iam feruere littora flammis,
 Si te his attigerit terris aurora morantem.
 Eia age, rumpe moras. VARIVM, ET MVTABILE SEMPER
 570 FÆMINA. sic fatus nocti se immiscuit atræ.

CARPEBAT SOMNOS) Carpere somnum, soporem poetæ, capere somnū oratores dicunt. Suprà. *Nox erat, & placidum carpebant fessa soporem Corpora.* Subtextit excusationem Æneæ, ne quis imprudentiæ arguat, quod dux & Imperator dormiat. Verumtamen quia adhuc erat, quod viro prudenti timendum esset, rectè cum proximè reprehendit Mercurius. Nascimb.

ET FLAVOS CRINES) Flauī crines tum fæminis, tum vitis apud poetās tribuuntur, tanquam formosi & decentes: quoniam videlicet aurum imitantur, cuius aspectu nihil est iucundius. Imperatorem Verum testatur Capitolin. tantam gessisse curam flauentium capillorum, vt capiti auri roramenta inspergeret, quod magis coma illuminata flauesceret. Quod item Commodus Aug. factitauit, auctor Lamprid. Aliter tamen scriptum ab Herodiano, cuius tibi verba referam. Flaua ei, & crispa cæsaries, vt in sole ambulanti, velut igne quodam rutilaret: sic, vt euntem quidam scobe aurea putarent conspergi: quidam etiam pro argumento diuinitatis acciperent, ac radios esse illos circa verticem genituios opinarentur. Homero non semel *Ἐαυτὸς μινίλαο.*

NEC QUÆ CIRCVMSTANT PERICVLA, NEC ZEPH.) Duplex causa, quare somno indulgendum non sit modò, sed sine mora nauigandum. Quia versetur in periculo magno. Amatricem ante fuisse Didonem: nunc quia obsecrando obtestandoque nihil profecerit, mutasse animum, & nisi primo quoque tempore nauiget, interfectricem fore: quod sequentibus magis declaratur. Et sane nihil intolerabilius ijs, qui ex amicis inimici facti sunt, longe enim grauius oberūt. Altera caus-

A sa, quia ventus sit secundus, & vtendum est occasione, nauigandumq; non quando volumus, sed quando possumus.

IAM MARE TVRBARI) Silius lib. 3. Mercurium fingit à Ioue mitti ad Annibalem apud Carthaginem nouam in somnis.

*Turpe duci totam somno consumere noctem,
 O rector Libya: vigili stant bella magistro.
 Jam maria effusas cernes turbare carinas,
 Et Latiam toto pubem volitare profundo,
 Dum lentus cepti terra cunctaris Ibera.*

LITTORA FERVERE FLAMMIS) Dixisse antiquos feruit, multis testimonijs confirmat Nonius. Aferuit, igitur breuiato accentu venit feruere, quo vsi sunt Afranius, Lucilius, Attius, Lucretius. Noster Maro etiam alibi, vt lib. 8. *Feruere Leucaten, auroque effulgere fluitus.*

VARIVM, ET MVTABILE SEMPER FÆM.) Nihil huic sententiæ grauissimæ vel declarandæ, vel illustrandæ conuenientius illis Propertianis est lib. 2. eleg. 9. Inuehitur in leuitatem mulierum.

Sed vobis facile est verba, & componere fraudes:

Hoc vnum didici fæmina semper opus.

Non sic incerto mutantur flamine Syries,

Nec folia hyberno tam tremefacta Notæ,

Quam citò fæminea non constat fœdus in ira,

Sine ea causa grauis, sine ea causa lenis.

In Monostichis.

Ὡς ἐστ' ἀπίστον ἢ γυναικὲς φέροις;

Dij magni, vt perfida est natura muliebris?

- Tum verò Æneas, subitis exterritus vmbri,
 Corripit è somno corpus, sociosq; fatigat.
 Præcipientes vigilate viri, & confidite transtris:
 Soluite vela citi. deus æthere missus ab alto
 575 Festinare fugam, tortosq; incidere funes
 Ecce iterum stimulat. sequimur te sancte, deorum
 Quisquis es, imperioq; iterum paremus ouantes.
 Adsis ô, placidusq; iuues, & sidera cælo
 Dextra feras. Dixit, vaginaq; eripit enslem
 580 Fulmineum, strictoq; ferit retinacula ferro:
 IDEM OMNES SIMVL ARDOR HABET: rapiuntq; ruuntq;
 Littora deseruere: latet sub classibus æquor.
 Adnixi torquent spumas, & cærule verrunt.

CORRIPIT E SOMNO CORPVS) Lucret. lib. 3. *Corripere è somno corpus, mutareq; vultum.* Hoc autem verbu celeritatem, & impetum præ se fert, vt apud eundem lib. 4. de canum somnijs

*At consueta domi catulorum blanda propago
Degere, sepe lenem ex oculis, volucremq; soporem
Discutere, & corpus de terra corripere instant.*

German. * *Corripio è stratis corpus, dixit lib. 3. De impigre è cubili profiliens dicitur. De Endymionibus autem Salomon Proverb. cap. 26. sicut ostium vertitur in cardine suo, ita piger in lectulo suo.*

SOCIOSQVE FATIGAT) Fatigare socios idem est quod excitare, & hortari. Sequitur exhortatio à necessario.

FESTINARE FVGAM) Fugiendi magnam necessitatem ostendit, cum non fugere, sed fugam festinare dixerit. Et ne forte breue aliquod ad fugiendum spatium sibi datum iri putent, quanta hæc debeat esse celeritas planum facit, subiungens, *torosq; incidite funes.* Nascimb.

SEQVIMVR TE SANCTE, DE OR.) In precationibus deos quoque plerumq; *sanctos* appellabant. Horatius Cocles apud Liuium lib. 1. ad Tiberinũ. Tiberine pater, te sancte precor, hæc arma, & hunc militem propitio flumine accipias. Cic. 2. de nat. deor. O sancte Apollo, qui umbilicũ terrarum certum obsides. Idem 4. Tuscul. hunc versum citat. *Te Apollo sancte, ser opem, teq; omnipotens Neptune inuoco.* Tibull. lib. 1. eleg. 2.

585 Et iam prima nouo spargebat lumine terras
Tithoni croccum linquens Aurora cubile.
Regina è speculis vt primum albescere lucem
Vidit, & æquatis classem procedere velis,
Littoraq; & vacuos sensit sine remige portus:
Terq; quaterq; manu pectus percussa decorum,
590 Flauentesq; abscessa comas: prò Iuppiter, ibit
Hic, ait, & nostris illuserit aduena regnis?
Non arma expedient, totaq; ex vrbe sequentur?
Diripientq; rates alij naualibus? ite:
Ferte citi flammæ, date vela, impellite remos.

ET IAM PRIMA NOVO SPARG.) Hoc pro mutuo C sumpsit à Lucretio, lib. 2. Sic enim ille. *Primum aurora nouo cum spargit lumine terras.* Sed age totum transcribamus: est enim ortus diei, seu temporis illius matutini perbella descriptio. Agens itaq; de celeritate motus, sic canit.

*Primum aurora nouo cum spargit lumine terras:
Et varia volucres nemora ania peruolitantes
Æra per tenerum liquidis loca vocibus opplent:
Quam subito soleat sol ortus tempore tali
Conuestire sua perfundens omnia luce,
Omnibus in promptu, manifestumq; esse videmus*

Lib. 5.

*Tempora item certo roseam Matuta per oras
Atheris auroram defert, & lumina pandit.*

Iterum.

*Sed taciti respectabant, somnoq; sepulti,
Dum rosea face sol inferret lumina calo.
Elegantis. Catull. Galliambo.
Sed vbi oris aurei sol oculis radiantibus
Lustrauit athera album, sola dura, mare ferum:
Populitq; noctis umbras vegetis sonipedibus.*

Virgil. 3. Æneid.

Ad Cupidinem. *Sancte veni dapibus festis.* Idem Genium sanctum, Iunonem sanctam. Virgil. Palem sanctam. Ouid. in epist. heroid. Dianam sanctam, &c. Vide plura apud Briffon. Formular. lib. 1. pag. 44.

Ennius, *Respondit Iuno Saturnia sancta dearum.* Potest etiam distinctionis nota poni post vocem *sancte*, vt nos fecimus. Cur dubitat quis sit, cum supra vocauerit Mercurium? Multa super hoc Seruius, quem lege.

IMPER. ITERVM PAREMVS) Iterum parere se dicit, quoniam semel iam in nauigiorum præparatione paruerat.

SID. CÆLO DEXTRA FERAS) hoc est, ventos, qui exortu siderum aut prosperi, aut aduersi sunt. Seruius.

RAPIVNTQVE, RVVNTQVE) Lib. 9. *Immanem Teucro molem voluntq; ruuntq;.* Lucret. de ventis sciatentibus lib. 1. *trudunt res ante, ruuntq; Impetibus crebris.*

ADNIXI TORQVENT SPVM. ET CÆRVL.) Nautarum de littore soluentium festinationem, laboremq; *καθ' ὑπόλευπον* describit: nec profecto breuius, nec absolutius totum hoc negotium explicari poterat, quam duobus hisce versibus factum est, vndecimo, & duodecimo inquam. Videri enim videntur nauta ingenti cū festinatione funes, lora, aliaque huius generis nautica instrumenta trahere, nauesque ipsas remis impellendo deducere. In voce *adnixa* magnus nautarum conatus exprimitur. Nascimb.

*Postera iamq; dies primo surgebat Eo,
Humentemq; aurora polo dimouerat umbram.*

Lib. 12.

*Postera vix summos spargebat lumine montes
Orta dies, cum primum alto se gurgite tollunt
Solis equi, lucemq; elatis naribus efflant.*

In Culice.

*Ignis atheris iam sol penetrarat in arcus,
Candidaq; aurato quatibat lumina curru,
Crimibus & roseis tenebras aurora fugarat.*

Merentur his adiungi Sannasarij ex lib. 3. de partu Virginis.

*-----nitor roseo sed fulsit ab ortu
Clarior, & radijs dux prauia matutinis
Oceani procul extremo se litore tollit
Exorients aurora, sinusq; induta rubentes,
Ante diem citat auricomos ad frena iugales.*

TITHONI CROCEVM LINQ. AVR. CVB.) Immortalitatem quidẽ quam optauerat ab Aurora Tithonus, impetrauit: sed non *ἀνεγώριον*, id est, vitam senectutis expertem, & perpetuam iuuentam, quã petere cum fugerat. Ita factum est, vt insuauem vitam degeret, cum se atatis culpa omnibus voluptatibus priuatum sentiret, tandem-

tandemque in cicadam versus sit, animal aridissimum, & siccissimum, canorum tamen & garrulum: quæ senectuti conueniunt. Senectus enim est natura loquacior, ut scribit Cicero in Catone, & sola ferè in senibus remanet. Admonet autem Eustathius ad primùm versum Iliad. λ. Tithoni nomen vsurpari solere de senibus infelicibus, & laboriosis. Ex Lambert. in Horat. * *De amore Aurora erga maritum Tithonū, quamuis tam senem. Propert. lib. 2. eleg. 18.*

At non Tithoni spernens Aurora senectam,
Desertum Eoa passa iacere domo est
Illum sæpe suis decedens fouit in vlnis,
Quam prius adiunctos sedula lauit equos.
Illum ad vicinos cum amplexa quiesceret Indos,
Maturus iterum est quæsta redire dies.
Illa deos, curram conscendens, dixit iniquos,
Inuitum & terris præstitit officium:
Cum maiora senis Tithoni gaudia viui,
Quam grauis amisso Memnone luctus erat.

REGINA E SPECVLIS) Specula locus editus, & eminentior, siue turris, siue mons, siue aliud, vnde longè videre aliquid, & speculari solent. Cic. in Verrem. Non enim, sicut antea consuetudo erat, prædonum aduentum significabat ignis è specula sublatus, aut tumulo. Livius lib. 31. Multos, & locis altis positas turres habet Hispania, quibus & speculis, & propugnaculis aduersus latrones vtuntur. Iterum, extemplò datum è speculis signum, & in oppido ad arma conclamatū est. Speculæ illæ in locis mediterraneis maximè vsui: in maritimis, phari constituebantur. Quorum vsus fuit nocturno nauium cursui ignes ostendere, ad prænuntianda vada, teste Pli-

Anio, nomenque acceperant à Pharo Alexandria portu, teste eodem Plinio, & Solino. A speculis speculatores. Hæc Steuechius ad Veget. lib. 3. cap. 8.

VT PRIMVM ALBESCERE LUCEM) Aristoteles passim astra alba, lumenque, & lucem albam depingit. Cæsar. lib. 1. bell. ciuil. Albente celo omnes copias castris educit. Euripid. Iphig. λευκαίης τὸδε φῶς ἦδη λευκὸν ἦμαρ. Æschylus in Persis. λευκόπυλον ἦμαρ ἐν vocat, & λευκὸν ἦμαρ. German. Bene hanc primam inducit vidisse crepusculū, quæ quasi amatrix tota nocte vigilauerat. Seruius. *Albescere lucem* hypallage est, luce enim albescunt omnia, non ipsa lux, quam sæpe vocant auream poetæ.

Æ QVAT. VEL.) feliciter plenis, sine motu ali-

B quo.

TERQVE QVATERQVE MAN. P. P. DECORVM) De hoc numero, seu modo loquendi diximus 1. Æncid. ibi, *o terq, quaterq, beati.* De Iuturna lib. 12. *ijf- dem pæne verbis omnibus, Terq, quaterq, manu pectus percussit honestum.* Et pectus, & frontem ferire, indignationis argumentum est. Eodem pertinet comarum dilaceratio, seu euulsio.

PROH. IVPITER, IBIT HIC, AIT) Abruptum principium, furenti idoneum. Tota oratio pathetica, plena, brevis membris, & fluctuans. Hortatur absentes ad persequendos fugientes: rursus ad se ab illa alienatæ mentis infania, & errore reuersa, ceu sui oblita fuisset, vesanum consilium damnat. Oratio est incomposita, inordinata, & dissoluta, ad affectus, quibus varie afficitur, representandos videlicet. Montfortius.

595 QUID LOQVAR? AVT VBI SVM? QVÆ MENTEM INSANIA MVSTAT?

Infelix Dido, nunc te fata impia tangunt.

TVM DECVIT, CVM SCEPTRA DABAS. en dextra, fidesq;

Quem secum patrios aiunt portare penates:

Quem subijisse humeris confectum ætate parentem.

600 Non potui abreptum diuellere corpus, & vndis,
Spargere? non locios, non ipsum absumere ferro
Ascanium? patrijsq; epulandum apponere mensis?
Verùm anceps pugnae fuerat fortuna. fuisset:

Quem metui moritura? faces in castra tulissem,

605 Implestemq; foros flammis: natumq;, patremq;
Cum genere extinxem: memet super ipsa dedissem.

QVID LOQ. AVT. VBI SVM) Quis non videt, hæc Dida Æneas, ut vidimus sub extremum lib. 2. Vtrumque esse plena vehementiæ, plena affectus, plena doloris, & miserationis?

INFÆL. DIDO NVNC TE F. IMP. TANGVNT) ista iam lentiora sunt: & fato quodam se rapi ad mortem intelligit. Elegantius sub tertia persona, nunc te tangunt, quæ sub prima, nunc me tangunt.

TVM DECVIT, CVM SCEPTRA DABAS) *ἐπιπέσει*: hoc est, tum decuit eum bello persequi, & sinibus arce-re, cum eum in regnum reciperes, eiusque ius cum nominis tui immortalis dedecore illi traderes: quare & opulentissimos Africa reges tibi inimicos reddidisti. Mōtf. * *Claudian. lib. 2. in Eutrop. par. facere studuit.*

Tunc decuit sentire nefas, tunc ire recentis
Detersum maculas: veteri post obruta morbo
Corpora, Pæonias nequidquam admoueris herbas.

EN DEXTRA FIDESQVE, QVEM SECVM) En fides, subaudi illius, quem secum, &c. Irridet Æneam, ut falsò à pietate laudatum, & cupit totum pro commento, & fabula haberi. Extulit deos, & patrem ex incendio Tro-

ia Æneas, ut vidimus sub extremum lib. 2. Vtrumque autem actum Æneæ, deos inquam, patremque portantis, quos noster duobus, Tibullus vno ferè carmine scitissimè comprehendit lib. 2. *postquam ille parentem Dicitur, & captos sustinuisse deos.* Silius lib. 6. in persona Martiæ, Regulum maritum ad Pænos omnino sequi cupientis, nec impetrantis.

*En qui se iactat Libya, populisq; nefandis,
Atq; hosti seruare fidem: data fædera nobis,
Ac promissa fides thalamis, ubi perfide nunc est?*

DIVELL. CORP. ET VNDIS SPARGERE) Supra lib. 3. *Spargite me in fluctus,* verba sunt Achæmenidis.

PATRIIS EPVLAND. APPON. MENSIS) Respicit ad fabulam Ityos, de qua Metamorph. lib. 6. & cœnam Thyestæ, de quo habes Senecæ tragediam. German.

VERVM ANCEPS FVERAT FORTVNA) Anceps significare videtur id, quod ex vtraq; parte caput habeat, ut securis, bipennis. Sed magis à capiendo, quod ex vtraque parte æquè capiatur, appellatum est. Festus.

NATVM-

NATVMQVE, PATREMQUE EXTINXEM) Igneæ A naturæ esse animum plerique veteres credidere. Adducebantur autem in eam opinionem, quod calore foueri, ac vegetari viderent: tum quodd frigere cadauera: vnde & frigidam vitæ paulam dixit Lucretius. Sed & mouetur per se ignis, & pascitur: quæ certo quodam modo propriè animalium sunt. Ergo ex ea opinione multa loquendi genera fluxerunt in quotidianam loquendi consuetudinem. Nam extinguendi verbum, quod in igne proprium est, etiam in animalib⁹ dicitur, vt hoc loco vides, & illo, *animam extinguam seni*. Et viuere, ab ijs quæ animata sunt, ad ignem transfertur. Plaut. Aulul. *Nam si ignis viuet, tu extinguere extempulo*. Et Horat. viuas lucernas dixit accensas. Od. 21. lib. 3.

*Vinaq; producent lucerne,
Dum rediens fuget astra Phœbus.*

Quod autem mihi rarum in primis visum est, etiam interfectum torrem, pro extincto, Attius dixit: eius enim hi versus, Meleagro.

*Tum suum vitæ finem, ac fati interneconem fore
Meleagro, cum torris esset interfectus flammeus.*

Muret. lib. 7. cap. 6.

MEMET SVPER IPSA DEDISSEM) Possit videri respicere Altheæ fabulam, quæ cum incenso fatali torre Meleagrum consumpsisset, in eius rogam, fera remorsa pœnitentia, se præcipitem dedit, vt videre est apud Eustathium. German.

Sol qui terrarum flammis opera omnia lustras,
Tuq; harum interpret curarum, & conscia Iuno,
Nocturnisq; Hecate triuijs vlulata per vrbes,
610 Et diræ vltrices, & dij morientis Elisæ,
Accipite hæc: meritumq; malis aduertite numen:
Et nostras audite preces: si tangere portus
Infandum caput, ac terris adnare necesse est,
Et si fata Iouis poscunt, hic terminus hæret:
615 At bello audacis populi vexatus, & armis,
Finibus extorris, complexu auulsus Iuli,
Auxilium impleret, videatq; indigna suorum
Funera: nec cum se sub leges pacis iniquæ
Tradiderit, regno, aut optata luce fruatur:
620 Sed cadat ante diem, mediaq; inhumatus arena.
Hæc precor. hanc vocem extremam cum sanguine fundo.

SOL QUI TERRAR. FLAMMIS) Imprecatura Æ-B neæ extrema humanorum supplicia, obtestatur præcipuos mundi, & rerum quæ variæ in vita geruntur, arbitros, & spectatores, vt hanc precationem, imprecationemque suam, qua hostes deuouet, exaudire velint. Montfortius.

Ennius. *Sol qui candentem in calo sublimat facem.* Arnob. lib. 1. Siderum sol princeps, cuius luce omnia vestiuntur, atque animantur. Hoc pæne idem est illi Euangelico, *Qui solem suum oriri facit super bonos, & malos*. Quod Tertull. lib. de patientia perquam scite sic extulit. Deus florem lucis huius super iustos, & iniustos æqualiter spargit. Coniunximus hic duos auctores, quorum posterior priori, vt etiam S. Cypriano pro magistro fuit.

Homer. Odyss. λ. *Ἡελίος, ὅς πάντ' ἐφορᾷ, καὶ πάντ' ἐπακίδει.* Æschylus Prometh. *καὶ τὸν πανόπτην κύκλον ἡλίου καλῶ ἰδέσθαι.* Ennius in Medea exule.

*Jupiter, tuq; adeò summe sol, qui res omnes inspicis,
Quiq; tuo lumine mare, terram, ac calum contueris,
Inspice hoc facinus, prius quam fiat, prohibe scelus.*

Lucretius.

*Sic vigiles mundi magnam, & versatile templum
Sol, & luna suo lustratis lumine circum.*

Sic autem moriturus, & imprecatus Attidis Ajax apud Soph. conuertit sermonem ad solem. *οὐ δ' ᾧ τὸν αἰπὺν ἕργον διαπραξαῖν ἦλπι.* German.

TVQVE HARVM INTERPRES CVRARVM) nuptialium, quasi ea pronuba, & auctore, Æneæ se iunxerit innuptis nuptijs.

NOCTVRNISQVE HECATE TRIVIIS) Hecate dea nocturnis sacris coli solebat, cum in dijs inferis numeraretur, quibus noctu sacra facere religio antiquorum præcipiebat. Veneficæ itaque ei tum operari solebant in triuijs, cum ea *τριοδίτις* ista de caussa à Græcis vocetur, à Latinis Triuia: cum vlulatu autem ei veneficæ sacra faciebant. Horat. sat. 8. lib. 1. *Cum Sagana maiore vlulantes.* Apul. lib. 11. heu nocturnis vlulatibus horrenda Proserpina. Nam Hecate Proserpina censetur. Fiebant & ei sacra in locis solis, procul ab hominum celebritate, vt ab Apollonio scribitur.

DII MORIENTIS ELISÆ) in quorum tutela viua sum: vel qui tutelares estis vrbs Carthaginis.

HIC TERMINVS HÆRET) Id est, hoc immutabile est, nec aliter euenire potest, ratum est: vt agrorū terminos altè solo defixos, & hærentes mutare non licet, & de termino prodito, est actio. Sed & qui terminum exarasset, Numa eius boues sacros esse iussit. Ab agrorum terminis, & finitoribus itaque ducta est metaphora, & à Lucret. quoque vsurpata lib. 1. & 6. *finita potestas deniq; cuiq; Quanam sit ratione, atq; altè terminus hæret.* Ille igitur terminus hæret, cui rei cuiusque temporis spatium ita circumscriptum est atque definitum quadam velut meta, vt ultra propagari eius diuturnitas non possit. De cuiusq; duratione, & statu, ac permanentia dicitur. Turneb. lib. 18. cap. 6. & lib. 25. c. 1. & lib. 29. cap. 6.

FINIB. EXTOR. COMPLEXV) Extorris quasi extra terram, vel terminos. Nonius. At Isidorus ita, & plenius. Extorris, qui extra terram suam est, quasi exterris.

1*

Sed

Sed propriè extorris, cum vi expulsus sit: & cum terrore solo patrio eiectus: & extorris, ex terra sua pulsus. Sequuntur imprecationes complures. Vt cum in Italiam venerit, si omnino necesse est illum venire (quod ipsa minimè veller: sed potius eum medijs absumi fluctibus) bello laceffatur ab Italis, quos à fortitudine commendat, & armorum studio. Vt pellatur Italiae finibus. Vt filium spem vnicâ posteritatis suæ, & imperij amittat. Vt auxilia quærat, nec impetret. Vt suos internecio-

ne deleri, & ab hostibus prosterni suis oculis videat. Vt cum pacem cum hostibus, & quidem iniquis conditionibus fecerit, non fruatur pace, & sede quieta. Vt ante diem, ante senectutem, & quidè ferro intereat. Vt in sepultus iaceat. Viden' virulentia, & fel mulieris? Et addit, se morte, & sanguine suo velle testari, se hæc ex animo, & medullitus imprecata esse. Velle, inquam, hæc tanquam testamentum suum annulo, sic sanguine què mox adacto sibi in pectus ense profusura sit, obsignare. &

Tum vos ô Tyrij, stirpem, & genus omne futurum
Exercete odijs: cineriq; hæc mittite nostro
Munera. nullus amor populis, nec fœdera sunt.

625 Exoriare aliquis nostris ex ossibus ultor,
Qui face Dardanos, ferroq; sequare colonos,
Nunc, olim, quocunq; dabunt se tempore vires.
Littora littoribus contraria, fluctibus vndas
Imprecor, arma armis: pugnent ipsiq; nepotes.

630 Hæc ait: & partes animum versabat in omnes,
Inuisam quærens quamprimùm abrumpere lucem.

TUM VOS Ô TYRII) Ad Tyrios sermonem conuertit, quos monet, vt futurum etiam genus Troianorum, eorum posteros Romanos capitalib' odijs, & implacabilibus inimicijs prosequantur. Has sibi inferias, hæc munera suis manibus fore acceptissima. Nascimb.

Sine dubio ad tria bella Punica respexit vates, & ad fœdus tertium perfidissimè ruptum, de quo Silius lib. 1. Punicorum.

Ter Marte sinistro

Juratumq; Joui fœdus, conuentaq; patrum

Sidonij fregere duces: atque impius ensis

Ter placidam suasis temerando rumpere pacem.

EXORIANE ALIQ. NOST. EX OSSIB. VLTOR QVI) Annibalem à poeta insinuari voluit quidam, & signatè dictum, aliquis. Is nempe, de quo Lilius, annorum novem puerum ab Amilcare patre altaribus admotum, &

B iurare coactum, se cum primum per ætatem possit, hostem fore populo Romano.

LITTORA LITTORIB. CONTRARIA) Tantum valet odium, vt etiam inter inanima velit esse discordiam, & inimicitias. Et est amplificatio imprecationis.

PARTES ANIM. VERSAB. IN OM.) Suprà, hoc eodem libro.

*Atq; animum celerem nunc huc, nunc dividit illuc,
In partesq; rapit varias, perq; omnia versat.*

INVISAM QUÆR. ABRVMP. LUCEM) Vt hinc inuisam lucem, sic lib. 6. lucemq; perosi. Lucret. lib. 3.

*Vt saepe usque adeo mortis formidine, vite
Percipit humanos odium, lucisq; videnda,
Vt sibi consciscant mærenti pectore lethum.*

Cic. pro Milone, lucem intueri. Græci poetæ, ὄψιν φέτος ἠελίου. Ex Lamb. in Lucret.

Tum breuiter Barcen nutricem affata Sichæi:
(Namq; suam patria antiqua cinis ater habebat)
Annam chara mihi nutrix huc siste sororem:

635 Dic, corpus properet fluuiali spargere lympa:
Et pecudes secum, & monstrata piacula ducat.
Sic veniat: tuq; ipsa pia tege tempora vitta.
Sacra Ioui stygio, quæ rite incepta parauit,
Perficere est animus, finemq; imponere curis:

640 Dardanijq; rogum capitis permittere flammæ.
Sic ait: illa gradum studio celerabat anili.

CHARA MIHI NUTRIX) Terent. Adolph. *Obsecro, C* prætextu minus minusque fraudem subdorentur. Montfort.

mea tu nutrix. Ibid. Donatus: honorificum est, quod dicit, nutrix. Sunt enim nomina ad aliquid, quibus nos tamen velimus appellari, vt magister, medicus, orator. Profert etiam hunc locum Maronis.

ANNAM HVC SISTE SOROREM) Decore nutrici negotium mandat, & vt eam à se submoueat, & vt spatium ipsa habeat exequendi consilij, dum Anna conficiendis mandatis occupatur. Priora quidem ad sororem pertinent, posterius ad nutricem Barcen. Mandat vtrisque religionis negotium, vt eius

Corp. PROP. FLUVIAL. SPARG. LYMP.) Purificationem ad sacra superiorum deorum pertinentem nõ ignorasse Virgiliū docuimus in illud 2. *Æneid. Tu genitor cape sacra manu, &c.* Eiusdem moris proprietatem etiam circa inferorum deorum cultum expressit. Constat dijs superis sacra facturū corporis ablutione purgari. Cum verò inferis litandum est, satis actum videtur, si aspersio sola contingit. Rectè igitur Dido dijs inferis sacra instituens, *Dic, corpus properet fluuiali spargere lympa.*

Et alibi.

Et alibi. Sparserat & latices simulatos fontis Auerni. Nec A non cum Misenum sepulturæ mandatum refert idem, ter socios pura circumtulit unda, Spargens rore leni. Sed & cum facit Aeneam, apud inferos ramum Proserpinae consecraturum, ita refert, occupat Aeneas aditum, sorpusq; recenti Spargit aqua. Macrob. Saturnal. lib. 3. cap. 1.

Corpus fluviali spargere lympha. Sic & Euripid. in Alceft. ὄδασι παλαιῖσι λευκὸν χεῖρα ἐλούσατο. Nimirum stagnantesq; torpentesq; latices antiqua religio à sacris fummoëbat, viamq; aquam lustrationibus, purgationibusq; adhibebat, vt καθάρσιον λέγειν χρῆσθαι. vt lib. 2. me ante Attrectare nefas, donec me flumine viuo Abluero. Et lib. 8. rite canis undam de flumine palmis Sustulit. German. B

SACRA IOVI STYGIO) Credidit antiquitas, inferos curas, & amores soluere: quæ est Didoni caussa simulandi susceptionem eorum sacrorum, & ita diffimulandi moriendi cõsiliu. Silius eadem de re lib. 8.

Nigro forte foni, cui tertia regna laborant,
Atq; atri socia thalami noua sacra parabam,
Queis egram mentem, & trepidantia corda leuaret,
Infelix germana tori.

Turneb. lib. 21. cap. 22. & lib. 25. cap. 6. Porrò Iupiter stygius vocatur Pluto: summus ille deorum imperator, qui in arce cæli regnat, Iupiter supremus. Arnob. lib. 2. Iupiter tam supremus, quam stygius. Idem Turneb. lib. 13. cap. 14. * Quomodo Virgilius Pluto est Iupiter Stygius, sic Seneca infernus, Statius profundus Iupiter, Homero Ἰχθυόων.

Etiam Proserpina Virgilio, & Claudiano inferna, profunda luno. Causa est, quod Stoici unum deum pro varijs actibus, & potestate varia credebant habere nomina. Qua de re alicubi in Saturnal. Macrob. Quin etiam Neptunum vocatum Iouem, & hoc nomen tribus illis fratribus commune fuisse, notauit in 1. Achilleidos Statij eruditissimus Ioan. Bernartius. Vocauit autem Statius secundum Iouem.

DARDANIQUE ROGVM CAP. PER. FLAMMÆ) Est animus his curis amatorijs finem imponere. Imponetur, vbi imago Aeneæ, & alia res ab eo relictae flammis imposita, & consumpta fuerint, vt me faciendum docuit sacerdos maga videlicet. Est animus caput Dardanium flammæ rogi permittere, hoc est rogo ardenti ad abolendum eius amorem iniicere, vt ea peste aliquando liberet. Montfortius.

ILLA GRAD. STVD. CELER. ANILI) Horat. Ode 3. lib. 1. Semotisq; prius tarda necessitas
Lethi corripuit gradum.

Sed hoc, quod non ita obscurum prima specie videri potest, interiorem sensum occultit. Videtur enim dicere: illa, vt anuum sedulitas est, properabat. Vide tamen, ne significet eius studium sine effectu fuisse, cum studeret properare, sed anile studium esset, neque voto succederet conatus: ac ne me in alienis venditem, hunc sensum Donatus in Terentium audit in versu Virgiliano. Sic enim ait in hunc Eunuchi locum, Video, sed nihil promoues. Hinc est istuc Virgilianum, illa gradum studio celerabat anili. Scilicet non re celerabat, sed studio. Turneb. lib. 2. cap. 14.

At trepida, & cœptis immanibus effera Dido,
Sanguineam voluens aciem, maculisq; trementes
Interfusa genas, & pallida morte futura,
645 Interiora domus irrupit limina, & altos
Conscendit furibunda rogos, ensemq; recludit
Dardanium, NON HOS QVÆSITVM MVNVS IN VSVS.
Hic postquam Iliacas vestes, notumq; cubile
Conspexit: paulum lacrymis, & mente morata,
650 Incubuitq; toro, DIXITQVE NOVISSIMA VERBA:
Dulces exuuiæ, dum fata, deusq; sinebant,
Accipite hanc animam, meq; his exsoluite curis.
VIXI, ET QVEM DEDERAT CVRSVM FORTVNA, PEREGI:
Et nunc magna mei sub terras ibit imago.
655 Vrbem præclaram statui, mea mœnia vidi.
Vlta virum, pœnas inimico à fratre recepi:
FÆLIX, HEV NIMIVM FÆLIX, SI LITTORA TANTVM
NVMQVAM DARDANIÆ TETIGISSENT NOSTRA CARINÆ.
Dixit: & os impressa toro, moriemur inulta?
660 Sed moriamur, ait. sic? sic iuuat ire sub vmbra.
Hauriat hunc oculis ignem crudelis ab alto
Dardanus, & nostræ secum ferat omina mortis.

AT TREPIDA, ET COEPTIS IMMANIBVS EFFERA) Festinantem reginam facit ad mortem, metu, ne sororis interuentu consilium impediatur. Atque disertè funesta signa in vultu, mortis narrat, quæ in meditantibus abominanda eiusmodi consilia apparere solent: flammantes oculos, maculosas notis sanguineis genas,

C pallidam cæterâ faciem horrore futuræ mortis. Montf. MACVLIS QVE TREMENTES) maculis quas in Capt. Plautus vocat luridas, id est, croceas, seu luteas. PALLIDA) Virgilius mox explicat, & pallida morte futura. Qualis est luræ color. Est autem lura pellis non tincta.

I* 2 ENSEM.

ENSEMQUE RECLVD. DARD.) De hoc ense A mani ij, qui mali omnis verbum loqui nolunt, mori haud inuenustum extat epigramma Sannazarij lib. 1. quod subijcio.

Immemor ah misere cur ense linqvis Elisa
Nate dea? profugas non grauat ille rates:
Anne parum fuerat caussam dare mortis acerba,
Ni ferrum fugiens tu quoq, triste daret?
Tolle precor tumidas tecum hoc, iam tolle per undas,
Discessu satis est si perit illa tuo.

Optat etiam Deianira apud Sen. in Hercule Oeteo ense relicto esse a marito, quo se queat perimere. Vtinam esset, utinam fixus in thalamis meis Hercules ensis.

HIC POSTQVAM ILIACAS VESTES) Totum hunc locum, quo deplorat fortunas suas Dido, postquam mori deliberavit, videtur transfuisse e Trachinijs Sophoclis: res enim similis admodum est. Cognito namque errore suo Deianira, & quemadmodum coniugem fortissimum vitum miserabili letho peremisset, in vita & ipsa amplius manere noluit. Quod igitur graecus poeta ita rem narrantem inducit nutricem, εχαιφης σφ ορα τον ηεαλειον θαλαμον εισορωμενην: Latinus inquit, Interiora domus irrumpit limina. Præterea quod tragicus,

ορα δὲ τὴν γυναικα. δεμνιοις τοις ηεαλειοις σραθα βαλλυσαν φαρη.
Οπως δ' ἐτέλεσε τὸτ', επειθοροσ' ανω,
Καθεζετ' εν μεσοισιν ευνασπειοις
Καὶ θακρυων ρηξασα θερμηλ ναιμαλα,
Ελεξεν, οὐ λεχη τε, κὶ νυμοει' εμα,
Τὸ λοιπον ηδση χαριεσ', ωσ' εμ' επολε
Δεξεσθ' ετ' εν κριτασι ταυσδ' εννητειαν.

Epicus noster, Hic postquam Iliacas, &c. Neque enim tantum adumbravit, sententiasque, quæ cōueniebant, inde accepit, sed verba quoq; expressit. Nam επειθοροσ' ανω reddidit illis verbis aptissime, Incubuiq, toro. Vict. lib. 5. cap. 14.

PAVLVM LACRYMIS ET MENTE MORATA) Duo potissimum mortem nonnihil distulere, quo minus illico in ferrum se indueret. Lachrymæ ex affectu promanantes, quibus spatium dandum fuit: & horror quidam mortis presentis. Mentem enim hic vocat animum nonnihil resistentem, & refugientem a facinore. Montfortius.

DVLCESEXVVIÆ DVM FATA) Pathetica oratio, qua animam presentibus exuiijs mandat, moritura. Ac consolatur se celebritate nominis, & rerum perpetratarum laude.

VIXI) Tibull. Sine erimus, seu nos fata fuisse velint. Plaut. Capt. Nunc illud est, cum me fuisse, quam esse, nimio manelim. Bacchid. Vixisse nimio satius est, quam viuere. Trucul. Ita tibi pane fuit Phronesium. Est & illud simile 2. Aeneid. fuimus Troes, fuit Ilium, & ingens gloria Teucrorum. Sic dicebant antiqui, viximus, inquam, vixerunt, vixi, ne dicerent, perierunt, mortui sunt, quæ videbantur duriuscula. Plutarch. in Cicero. ορα δὲ πολλες εν τῆσ συνωμοσιαισ εν αγορα συνεσώτας αδελφους, κη τῆν μὲν παρῆεν ἀγνοῶντας, τῆν δὲ νύκτα παροσμένοντας, ως ἐπι ζῶντων των ανδρων, κη δυναμένων εχαρπαδηνας, φθερχάμενοι μεγα παρὸσ αυτους, εζησαν, εἶπεν. Deinde subijcit οτω δὲ ρωμαίων δι δυσφημειν μη βυλόμενοι, τὸ τεθνήσκει σημαίνουσι. Id est, Videns autem Cicero multos etiam de coniuratis, in foro, denso agmine simul stantes, & quid actum ab eo esset, ignorantes, noctem autem expectantes, tanquam illis etiamnum viventibus, & quasi per vim eripi possent, voce sublata, & ad eos conuersa, vixerunt, inquit. Sic autem Ro-

mani ij, qui mali omnis verbum loqui nolunt, mori significant. Hæc pœne omnia Lamb. in Capt. Plauti.

ET QVEM DED. CVRS. F. PEREGI) Seneca scriptor grauissimus, cum aliorum, tum maxime Virgilij versus libenter, ac sæpe ad mores docendos trahit. Hunc igitur ipsum epist. 12. ad hunc modum. Itaque sic ordinandus est dies omnis, tanquam cogat agmen, & consummet, atq; expleat vitam. Pacuuius qui Syriam vsu fecit suam, cum vino, & illis funeris epulis se sepelisset, quasi si parentaret, sic in cubiculum ferebatur a cœna, vt inter plausus exoletorū hoc ad symphoniam caneretur, βελωνε, βελωνε. Nullo non se die extulit. Hoc quod ille ex mala conscientia faciebat, nos ex bona faciamus, & in somnum ituri, læti, hilaresque dicamus, Vixi, & quem dederat cursum fortuna, peregi. Crastinum si adiecerit Deus, læti recipiamus. Ille beatissimus est, & securus sui possessor, qui crastinum sine sollicitudine expectat. Quisquis dixit, Vixi, quotidie ad lucrum surgit. Cæterum quod ad loquendi modum spectat, similiter locutus est in Miloniana Cicero, vt quidem ex antiquiorib' libris legit Victor. lib. 22. c. 22. Vestras verò, & vestrorum ordinum concursationes, studia, sermones, quemcunq; cursum fortuna dederit, secum se ablatum esse dicit. In quibusdam vulgaris legitur casum, pro cursum, sed vitiosè. Significat igitur Cicero, in quascunq; terras venturus sit Milo, & vbicunq; reliquam ætatem traducturus, vel quamcunq; vitæ conditionem subiturus sit &c. Nam cursum etiam vitæ μεταφορικῶσ dici, certum est.

MAGNA MEI SVB TERRAS IBIT IM.) Credebant non animas ipsas a corpore separatas: sed nuda quadam simulacra, & imagines τυπος, κὶ εἰδωλα, seu spectra ad inferos descendere: animas in alia potius corpora migrare, de qua opinione satis copiose Plotinus sæpe disputat. Ennio tribuit Lucretius. lib. 1.

esse Acherusia templa
Ennius aternis exponit versibus edens:
Quo neq, permanent anima, neq, corpora nostra,
Sed quadam simulacra modis pallentia miris.

In hac opinione fuit Virgilius quoq; tum hic, tum ibi, Morte obita quales fama est volitare figuras. Fuerunt & cæteri poetæ, quando non animas, sed simulacra, figuras, vmbra nominant. Tibull.

Vidit ut inferni Plutonis subdita regno
Magna deum soboles lenibus discurreret vmbis.

Claudian. quando de Plutone. Umbrarumque potens. Homer. Iliad. 4. animas vocat εἰδωλα κημόντων, simulacra mortuorum. Apud eundem in Odyss. Vlysses ait se vidisse Βινυ ηεγκλειν, εἰδωλον, vim Herculeam, simulacrum: ipsum vero apud immortales deos oblectari in conuiuijs, & habere κηλλισφουεν ηενν. Pomponius Sabinus. Vmbra ex homine petit inferos, anima quæ e cælo est, vt scribit Seneca, petit cælum: corpus terra absimitur. Hæc Delrius Comment. in extremam Hercul. Oethæum Senecæ.

Quem delectant Platonica, Rhodigin. totum hunc locum ex eius philosophi mysterijs explicantem legat, lib. 17. cap. 6. Magnam imaginem cur poeta dixerit, causam putat Turneb. lib. 22. cap. 26. & lib. 29. cap. 6. quia cum tempore nocturno vmbra, & ludibria spectrorum videmur videre, ea metu perterritis magna obijciuntur: & opinio erat, manium speciem magnam esse. Quia verò a Græcis, & Romanis heroum, beneq; de repub. meritorum statua ponebantur corporibus illorum maiores, prout maiori honore digni putarentur,

tur, & Dido omnia quæ se exigi poterant, officia ab-
soluerit, ut ipsa memorat, existimat Pierius lib. 49. eò his
verbis alludi. * Opinionem illam antiquorum, de simulacro, seu
ſombra ad inferos descendente videt Urbanus, & in ea vexat Hercu-
lem Diogenes apud Lucianum Tomo 3. Non eſt infectus dia-
logus.

VRBEM PRÆCLARAM STATVI) Ipsa in epistola
apud Naſonem.

VRBEM conſtitui, lateq; patentia fixi
Mœnia, finitimis inuidioſa locis.

VLTA VIRVM POENAS INIMICO. A. F) Sichæum,
trucidatum à fratre Pygmalione. Quas autem poenas
ſumpſit? fugit cum theſauro: quo amiſſo, ille, ut homo
auariſſimus, in magna moleſtia fuit. Atque ex his rebus
præclare geſtis, mulier ſuam felicitàtem metitur, abſo-
lutam illam quidem, niſi Troianorum appulſus eam la-
befactaſſet.

NIMIVM FELIX, SI LITTORA TANTVM) Catull.
de nupt.

Iupiter omnipotens, utinam nec tempore primo
Gnoſia Cecropia tetigiſſent littora puppes.

Accuſatur Ennius, inquit Iouianus lib. 2. de Fortuna,
tanquam poeta rudior, quòd nimis remoto è loco, vel
queri cœperit, vel inculcare.

Utinam ne in nemore Pelio ſecuribus
Caſa cecidiſſet ad terram abiecta trabes,
Ne è inde nauis inchoanda exordium
Cœpiſſet, que nunc Argo nominatur nomine.

Rectè autem, & conſideratè Virgilius non à caſu ar-
borum in Pelij montis nemoribus, ſed ab annauagatione
tantùm, atque in littus appulſu. * Reliquum Ennij, ſi eſt
à Cornificio 2. ad Heven. relatum, cum recitatis iſtis, atteximus,
quoniaſ lucem dat iſti ſoto Didoni, que prudenter ſubſicet, quòd
auditor per ſe nullo negotio intelligit. Ennius autem ſi hoc enuntia-
uit, ita verſus ſuos ex græca Euripidis Medea eſſinxit, ex initio, in-
quam, tragædia: ſunt autem verba nutritæ, dolenti de aduentu

A laſonis, qui cum hera auſugit.
Argo, qua veſti Argiui delecti viri
Petebant illam pellem inauratam arietis
Colchis, imperio regis Pelia, per dolum.
Nam nunquam hera errans mea, domo efferret pedem
Medea, animo agra, amore ſæuo ſauca.

ET OS IMPRESSA TORO) Ordinem à Virgilio di-
ligentiſſime ſeruatum ſic demonſtrat Scalig. Poet. lib. 3.
cap. 4. Dido primùm per ſe tentat Æneam auertere à
ſententia. Vbi non procedit, per Annam. hæ preces:
quas fruſtra eſſe quum videt, ad minas ſe conuertit.
Quum nec his impetrat, decernit à ſe ipſa. Tempus eli-
git, & modum, poſtremò peragit. Quo in dramate ha-
bes omnia, perſonam, conſilium, factum, cauſas, tem-
pus, modum, affectum, instrumentum, euentum.

MORIEM. INVLTA. SED. MOR. SIC? SIC IVVAT
IRE. S. VMB.) Verba hæc plena ſunt iræ, & indignatio-
nis, ideoque quaſi ignauiam ſuam redarguens, morie-
mur, inquit, hac iniuria impunita? & cunctata paulu-
lum, quaſi reſpiceret, omnes conatus ſuos inanes, va-
noſq; reputans, conſilium mutat, ſubditq; ſed moria-
mur, quaſi nulla re alia, præterquam morte ſui crimi-
nis labem eluere, illatamq; ſibi iniuriam vindicare
poſſit. Propterea ſequitur. Sic ſic inuat ire ſub umbras.
Vbi nullum approbo dialogiſimum, interrogantis vi-
delicet, & reſpondentis, ut prima vox cum interroga-
tione, & admiratione proferatur quaſi ab alio, & re-
ſpondeat Dido. Hæc enim παλιλογία ſine interroga-
tione, tum aſſeuerationis, tum acrimoniæ plurimam
habet. Naſcimb.

HAVRIAT HVNC OCVLIS IGNEM) Lib. 12.
Ille oculis poſtquam ſani monumenta doloris, Exuniasq;
hanſit.

NOSTRÆ SECVM FERAT OMINA MORT.) Vide
principium lib. 5. que tanta accenderit ignem Cauſſa la-
tes, &c.

Dixerat: atq; illam media inter talia ferro
Collapſam aſpiciunt comites, enſemq; cruore
665 Spumantem, ſparſaq; manus. it clamor ad alta
A tria: CONCVSSAM BACCHATVR FAMA PER VRBEM.
Lamentis, gemituq; & fœmineo vlulatu
Teſta fremunt: RESONAT MAGNIS PLANGORIBVS ÆTHER:
Non aliter, quam ſi immiſſis ruat hoſtibus omnis
670 Carthago, aut antiqua Tyros: flammæq; furentes
Culmina perq; hominum voluantur, perq; deorum.
Audijt exanimis, trepidoq; exterrita curſu
Vnguibus ora ſoror fœdans, & pectora pugnis,
Per medios ruit, ac morientem nomine clamat.

FERRO COLLAP. ASPICVNT) Ouid. lib. 14. Me-
tamorph. pauciſſimis verbis materiam quarti Æneid.
complectens.

Excipit Ænean illic animoq; domoq;
Non bene diſcidium Phrygiæ latura mariti
Sidonis: inq; pyra ſacri ſub imagine facta
Incubuit ferro: deceptaq; decipit omnes.

Decepta ab Ænea videlicet, qui non ita ſe gerebat, qua-
ſi multùm amplius de Italia petenda cogitaret: ac pro-
inde eum à Ioue per Mercuriũ admoneri oportuit.

IT CLAM. AD ALTA ATRIA) Non ita diſſimi-
lis eſt locus ille lib. 2. At domus interior gemitu, miſeroq;
tumultu, &c.

NON ALITER QVAM SI IMMISSIS) Elegantiſi-
militudine commiſerationis affectum exaggerat. Ma-
crob. Saturnal. lib. 4. docet hic augeri à maiore.
Quanquam falſò quidam, inquit, à maiori rem augeri
poſſe negant. Nam hoc ſignificare videtur poeta do-
ctiſſimus, non minorem fuiſſe luctum ex vnus morte,
quam ſi tota vrbs (quod proculdubio fuiſſet maius) ru-
iſſet. Alludit ad Carthaginis direptionem, qua tertio
bello Punico facta eſt, duce Scipione Æmiliano. lege
Apianum in Libyco. Attamen & Homerum imitatur
Iliad. lib. 22. vbi conſpecto Hectoris ab Achille raprati
cadauere, Hecubam, & Priamum parentes illius eadem
fere agentes inducit, qua hic Anna facit. Naſcimb.

AVT ANTIQVA TYROS) Tyri expugnatio facta ab Alexandro M. describitur lib. 4. Curtij. Tyrus septimo mense, quàm oppugnari cœpta erat, capta est: Vrbs & vetustate originis, & crebra fortunæ varietate ad memoriam posteritatis insignis: condita ab Agenore: diu mare non vicinum modò, sed quodcunque classes eius adierunt, ditionis suæ fecit. Et, si famæ libet credere, hæc gens litteras prima aut docuit, aut didicit. Colonia certæ eius pænè toto vrbe diffusæ sunt. Carthago in Africa: in Bæotia Thebæ: Gades ad Oceanum. Credo libero commeantes mari, sapiusque adeundo cæteris incognitas terras elegisse sedes iuuenturi, qua tunc abundabant: seu quia crebris motibus terræ (nam hoc quoque traditur) cultores eius fatigati, noua, & externa domicilia armis sibimet querere cogebantur.

- 675 Hoc illud germana fuit? me fraude petebas?
Hoc rogius iste mihi, hoc ignes, aræq; parabant?
Quid primùm deserta querar? comitemne sororem
Spreuisti moriens? eadem me ad fata vocasses:
Idem ambas ferro dolor, atq; eadem hora tulisset.
- 680 His etiam struxi manibus, patriosq; vocaui
Voce deos, sic te vt posita crudelis abessem?
Extinxi te, meq; soror, populumq; patresq;
Sidonios, vrbesq; tuam: date, vulnera lymphis
Abluam, & extremus si quis super halitus errat,
- 685 Ore legam. sic fata, gradus euaserat altos,
Semianimemq; sinu germanam amplexa fouebat
Cum gemitu, atq; atros siccabat veste cruores.

HOC ILLVD GERMAN. FVIT?) Terent. And. at, B at, hoc illud est. Donat. Ibid. *Δεικνύων* est eius rei, quam in animo conceperamus. Mox verba Maronis subiungit. Cum hac Annæ querimonia confer illam matris Euryali lib. 9. super nece filij, sanè lugubrem a lacrymosam. Ex eo autem Anna mirificum amorem in Didonem demonstrat, quod se libenter cum ea eodem ferro perituram fuisse confirmat. Item quod se huic neci subleuasse, & tantam toti vrbi calamitatem inuexisse nimio opere dolet.

ME FRAUDE PETEBAS) vt rogius factorum prætextu extruerem, in quo perires. Iteratæ interrogationes seruiunt affectui.

SIC TE VT POSITA) Eadem forma supra lib. 2. Sic *ὁ sic positum affati discedite corpus*. Quod *κείμενον*, & mortuum Turneb. accipit, fauente, meo iudicio, illo, lib. Æneid. 11. *Corpus ubi exanimi positum Pallantis Aceres Seruabat*. Sic supra. *volucres somno posita sub nocte silenti*. Credo equidem, hanc vocem, *posita* omnino à Græcis imitatione desumptam, quibus sepulchrale vocabulum est *τιθέναι*, & *τίθεσθαι*. Plato leg. 8. *Ὁ τὸν μακρότερον γεγονότα θέντες κίλῳ χάσαντες*, &c. German.

EXTINXI TE ME QVE SOR. POP. PAT.) Ab incommodis, quibus & se, & suos affecerit. Hic autem nomen populi positum est pro plebe. Populus enim (Isidori verba sunt lib. 9. cap. 4.) vniuersi ciues sunt, connumeratis, senioribus ciuitatis; plebs autem reliquum vulgus, sine senioribus (*der gemeine mann*). Populus ergo tota ciuitas: vulgus verò plebs est. Et dicitur plebs à pluralitate: maior est enim numerus minorum, quam seniorum: populus autem quasi *πολιτῶν ἀθροισμὸς*, id est, ciuium cœtus.

TREPID. EXTERR. CVRSV VNG. ORA SOR.) Fœminæ improviso casu consternatæ, & dolore immo dico accensæ morem, naturamque his versibus nobis spectandam exhibet, cui, quæ mox sequitur, miserabilis oratio consentanea est. Audit sororè incubuisse in gladium, exanimatur: ad moribundum corpus aduolat: quæ in magno dolore mulieribus sollemnia sunt, laniare genas, pectus pulsare pugnis, non omittit. Nihil reuerita, impotenter ruit per turbas, quas rumor exciuerat. Deniq; nomen sororis ingeminat.

MORIENTEM NOMINE CLAMAT) Hoc ita accipiendum, vt si quid vitalis spiritus, & mentis insit, signum edat. Notæ sunt inclamationes, & conclamationes in funeribus apud veteres, quod vitalis spiritus interdum conclusus adhuc, etiam viuos fallere solet. Montfort.

VVLNERA LYPHIS ABLVAM) Vide lib. 6. de Miseno, *corpusq; lauant frigidis, & vngunt*.

EXTREMVS SI QVIS VPER HALITVS) Ouid. consol. ad Liuiam.

Sospite te saltem morior Nero, tu mea conde Lumina, & excipias hanc animam ore pio.

Lib. 7. Metamorph. *Infalitem animam nostròq; exhalat in ore*. Obseruatum fuit à veteribus, vt proximus sanguine, morientis corpus, dum trahit animam, amplexus, & vultum vultui imponens, quasi fugientem animam osculo exciperet, mox decedentis oculos, & ora clauderet. Nefas enim existimabant à viuentibus decedentium oculos spectari. Alexand. Neapol. lib. 3. cap. 7. Cic. 7. in Verrem. Matresque miseræ pernoctabant ad ostium carceris, ab extremo complexu liberum exclusæ, quæ nihil aliud orabant, nisi vt filiorum extremum spiritum excipere sibi liceret. Quintilian. declamat. 6. Non morienti pater affedi, non ægri caput molliori sede composui, non fatigatum latus mutauit, non spiritum excepi.

SIC FATA, GRADVS) Cum mouendæ miseratio nis duplex ratio sit, rebus & verbis, vtrumque hic positum est, vt tragœdia lacrymosior excitetur. Nam soror verbis hæcenus satis conquestionis excitauit, iam verò sese ad gestus accingit, & rogius quamuis altissimum ascendit, sororemque moribundam amplectitur mediam, amplexuque fouet: vnde maior etiam, quam ex verbis existit commiseratio. Nascimb.

GRADVS ALTOS) Pyram, in qua defuncti corpus cremaretur, pro opibus, virtutibus, dignitate, & honoribus, quos viuis gesserat, modò maiorem, modò minorem extruebant. Hoc vult; credo, Virgil. Nam & Seruius.

uius in hæc verba ipsa, Ascenderat, inquit, rogam, qui A
 pro qualitate fortunarum, & persone fiebat. Vnde in. 6.
Congerere arboribus, calosq; educere certant, de funere Mi-
 leni. De eodem, *ingentem struxere pyram.* vbi Donatus
 hoc factum ait, vt robur, & meritum viri sic appareret.
 Ea de causa de Patroclo Homerus. *πολοσας δ' πυρην ἐγ-
 ρουποδον ἐνθα καὶ ἐνθα.* Fecerunt autem pyram centum
 pedum vtrinq; Halicarnas. lib. antiq. II. scribit milites
 Siciuium virum fortissimum sepelisse, & honestissime

extulisse, rogamq; maximum aggefisse: aliaq; pro viri-
 bus implefle quæ in supremum honorem strenuis viris
 fieri lex iubet. De rogo Herculis Seneca, *In astra tollunt
 Herculi angustum rogam.*

SEMIANIMEMQVE SIN) Vtitur hac voce *semiani-*
mis Cicero in Mario, ex quo proferuntur versus aliquot
 lib. I. de diuinat. Vtitur etiam Probus in Pausania. Hic
 cum semianimis de templo elatus esset, confestim ani-
 mam efflauit. Virgil. & hic, & alibi.

Illa graues oculos conata attollere, rursus
 Deficit: infixum stridet sub pectore vulnus.

- 690 Ter sese attollens, cubitoq; innixa leuauit:
 Ter reuoluta toro est, oculisq; errantibus alto
 Quæsiuit cælo lucem, ingemuitq; reperta.
 Tum Iuno omnipotens longum miserata dolorem,
 Difficilesq; obitus, Irim demisit olympo:
- 695 Quæ luctantem animam, nexosq; resolueret artus.
 Nam quia nec fato, merita nec morte peribat,
 Sed misera ante diem, subitoq; accensa furore,
 Nondum illi flauum Proserpina vertice crinem
 Abstulerat, Stygioq; caput damnauerat orco.
- 700 Ergo Iris croceis per cælum rosida pennis,
 Mille trahens varios aduerso sole colores,
 Deuolat, & supra caput adstitit: Hunc ego Diti
 Sacrum iussa fero: teq; isto corpore soluo.
 Sic ait, & dextra crinem secat: omnis & vnà
- 705 Dilapsus calor, atq; in ventos vita recessit.

GRAUES OCVL. CONATA ATTOLLERE) Lucret. B
 lib. I. *Primum Grauius homo mortales tendere contra Est
 oculos ausus.* Videtur autem hic locus referri posse ad il-
 lum Euripid. in Phœnissis, vbi moriens Eteocles matris
 vocem agnouisse narratur. *ἐπέων δ' ἐπὶ φῶσφι ἀρείς,* &c.
 German.

Rectè conata dixit, quia graues. Nam vis illa animi,
 atq; corporis iam cœperat languere, ideo sequitur, *rur-*
sus deficit. Non enim vigor, vel potius vigoris ille cona-
 tus diutius manere poterat: causa subditur, *infixum
 stridet sub pect. vulnus.* Sanguis enim magna vi, & copia
 prorumpibat. Nascimb.

INFIXVM STRIDET SVB PECT.) Malo huius ita o-
 rationis particulas comparare, vt infixum sub pectore
 accipiamus potius, quam stridet sub pectore. German.

TER SESE ATTOLLENS) Violentæ mortis difficul-
 tatem exemplo Didonis designare poeta videtur, lo-
 cūq; eleganti repetitione illustrat. Talis est illa 2. Æneid.

*Ter conatus ibi collo dare brachia circum,
 Ter frustra comprehensa manus effugit imago.*

Cur ingemuit reperta luce? quia pœnituit eam, sibi cō-
 sciuisse necem: vel quia ipsam vitæ tædebat. Sed melior
 prima expositio: nemo enim sibi vnquā vulnus lethale
 infligit, quæ, stimulante conscientia, facti non pœniteat.

LONG. MIS. DOL. DIF. OBIVS) Meritò longus dolor
 morientis, & difficilis obitus, quia anima exire luctaba-
 tur, quasi in palæstra aduersariū conaretur totis viribus
 subijcere. Probè, & conuenienter philosophorum sen-
 tentiæ, *nexos artus resolueret:* quoniam anima nō in vnâ
 aliqua parte est, sed tota in toto corpore, & tota in qua-
 liber eius parte: quæ pars si tollatur à corpore, non si-

mul anima tollitur, nec se retrahit, vt pueri fortasse ima-
 ginantur, sed eam animare desinit.

NEC FATO, MERITA NEC MORTE PERIB.) Mors est
 quædam naturalis, cum fatalē annorum summam con-
 fecimus, vt cum morimur in senectute profunda. Mors
 est etiam merita, vt quam bellorum casus, & morbi, in-
 temperantia, & cruditate quæsi, aut scelera, & crimina
 afferunt: meruit etiam mori, qui in aciem prodijt. Hinc
 illud Æneæ, *Et si fata fuissent Vt caderem, meruisse manu.*
 Is quoque mortem laceffit, qui luxuriosè, intemperan-
 terque viuendo valetudinem labefactat. At nec fato,
 nec merita morte Dido occidebat sed morte immerita,
 vt subito furore correpta. Itaq; fatali morti, & natura-
 li, (quæ contingit, quum quis non moritur ante diem)
 istuc, *Sed misera ante diem subitoq; accensa furore,* Vir-
 gilius opponit. Turneb. lib. II. cap. 19.

Rhodigin. lib. 21. cap. 4. id quod secundo loco po-
 situm est, præcedentis expositionem ait esse, qui mos
 est Virgilio frequentissimus. Quid enim est fatalis mors
 aliud, quam merita, seu debita ex naturali proueniens
 discrasia: &c. Similis sententia est in 1. Philipp. Vt si quid
 mihi humanitus accidisset (multa autem impendere vi-
 debantur præter naturam, præterque fatum) huius di-
 ei vocem, testem Reipub. relinquerem mea perpetuæ
 erga se voluntatis. Vbi querit Gell. lib. 13. cap. 1. an Ci-
 cero vtrinque idem valere voluerit fatum, atque natu-
 ram: an verò diuiferit, separaritque, vt alios casus natu-
 ra ferre videatur, alios fatum. Deinde miratur, qua rati-
 one dixerit, accidere multa humanitus posse præter fa-
 tum: quando sic ratio, & ordo, & insuperabilis quædã
 fati necessitas constituitur, vt omnia intra fatum clau-
 denda

denda sint. Nihil autem dubium est, quin violentam, & inopinatam mortem significauerit, quæ quidem potest recte videri accidere præter naturam. Sed quomodo præter fatum? Virgilius sanè idem quod Cicero de fato opinatus est, cum hoc dixit, tanquam in faciendo sine vitæ, quæ violenta sunt, non videantur è fato venire.

In rebus humanis, ait Nannius lib. 7. cap. 17. aut fatum, aut natura, aut casus. Sed de his Seruius. Cæterum supra fatum, aliquid contingere, testis Homerus est.

Σφῆσιν ἀταδάλισιν ὑπὲρ μῆρον ἀλγὴ ἔχουσιν.
Stultitiis præter fatum patiuntur acerba.

Ita hinc quoque præter fatum Dido extinguitur, id est, ante diem fatalem, idque nullo scelere, quod indicatum est his verbis, *merita nec morte peribat*. Quippe quæ nullam culpam admiserat, cur mori deberet. Seruius tamè meritam mortem pro naturali exponit, quod mihi non per omnia aridet. Quæ enim à Virgilio adduntur, nostræ interpretationi fidem astruunt, dum dicit per epegegin, *sed misera ante diem*, nimirum præter fatum: *subitoq; accensa furore*, quæ verba eius rei interpretationem habent, *merita nec morte peribat*: quippe quam nullum peccatum, sed furor è vita sustulerit. Memor est enim Virgilius, quod supra dixit, *Ergo ubi concepit furias enicta dolore, Decrenitq; mori*. Naturæ, fatiq; nomine à Cicerone loco supra citato nihil diuersum significatur. Mors igitur naturalis, est mors fatalis: cum quis peracto ætatis cursu tandem extrema senectute in fata concedit (vt optimi scriptores loquuntur) seu extinguitur. Quæ autem mors ferro, igne, alioque casu inferitur, neque naturalis est, neque fatalis. Id ex orat. pro Calio intelligitur, in cuius peroratione ita scriptum est. Nolite iudices hunc iam natura ipsa occidentem velle maturius extingui vulnere vestro, quam suo fato. Vbi disertè morti naturali, & fatali, mortem vulnere illatam opponit. Idem facit Virgilius, cum de Didone, quæ sua se manu interfecit, ita scripsit, *Nam quia nec fato, merita nec morte peribat*. Id est, non secundum naturam institutum, quo homines nulla extrinsecus vi allata placidè moriuntur, & quasi obdormiscunt. Hæc Ferrarius emendat. in Philipp.

NONDV M ILLI FLA. PROSERP. CRIN. ABSTVL.)
Proserpina, prius Proserpina, à *προσεροφύνη*. Nam ferè quæ in, o, nunc dicimus, per, e, enuntiabant. Scalig. F. in Varr.

Hos versus oscitanter Seruius interpretatus est. Ita enim scribit. Trahit hoc de Alcestide Euripidis, qui inducit Mercurium ei comam secantem, quia fato peribat mariti. Sed apud Euripidem nulla prorsus hæc quidem in re Mercurij mentio est. Introducitur quidem Mors, quæ se venisse ait, vt illi optimæ mulieri crinem fecerit: neque tamen id fieri ait, quod illa mariti fato peritura esset. Quin ostendit eum secari solitum ijs omnibus, quibus fatalis aduenisset dies. Vniuersè enim pronuntiat, eum sacrum esse dijs manibus, cuius ipsa crinè hasta libauerit, ita enim loquitur.

*Στείχω δ' ἐπ' αὐτὴν, ὡς χαλάρωμαι ἕλπεϊ,
Ἰεγὸς γὰρ ἄτος τῶν κατὰ χροὸν θεῶν,
Ὅτε τὸ δὴ ἔγγος κελὸς ἀγνίστην τεύχεα.*

Hoc igitur apud Euripid. ὁ δάνατος loquitur, qui tamè illic quoque librariorum vitio falso putatur esse Charon. Muret. lib. 4. cap. 16.

Existimabant autem antiqui, eos, qui essent proximi, à Proserpina primùm tonderi, & his quasi primitijs Orco initiari: nec aliter diem suum obire posse, & hanc causam Didonis difficulter morientis affert Ma-

aro, & addit, *Ergo Iris croceis per calum roscida pennis, &c.* Quod igitur Iris hic fingitur Proserpinæ officio fungi, parum me mouet, siue quod illa per se, siue alterius opera effecerit. Hoc insinuauit Horat. illo carmine. Ode 28. lib. 1.

*Mista senum ac iuuenum densantur funera, nullum
Sena caput Proserpina fugit.*

Quem versum malè, & ineptè explicant interpretes. Canterus lib. 4. cap. 20.

Libet etiam Turnebi sententiam apponere, ex lib. 19. cap. 17. Quæ causâ vtrumque poetam, Euripidem, & Virgilium ad secandum crinem impulerit, Seruius non quæsiuit: ego id eos à ritu sacrificorum sumpsisse crediderim. Qui enim moritur, cum tanquã Orci victima sit, non illepide cõminiscetur, qui, quæ immolationis, & sacri sunt, ad hominum mortem traduxerit. Antequam autem pecudes in sacris immolarentur, capitis eorum setæ ferro secabantur. Homer. ἀρνῶν ἐκ κεφαλῶν τέμνει τεύχεα. Et Macrob. 6. Æneid.

*Et summas carpens media inter cornua setas,
Ignibus imponit sacris libamina prima.*

Inde autem hoc sumptum esse significat Euripides, cū sacrificali verbo vtitur, *κατὰ χροῦν*.

Perelegans sanè Ausonij epigramma in mortem Didonis.

*Infelix Dido, nulli bene nupta marito,
Hoc pereunte fugis, hoc fugiente peris.*

Ouid. autem in Fastis, & in epistolis hoc ei velut epitaphium fecit.

*Præbuit Æneas & causam mortis, & ensẽ:
Ipsi sua Dido concadit vsa manu.*

Porrò non fuit hæc, quam Virgilius narrat, mortis causâ, cum omnia, quæ de Didone, & Ænea ab ipso memorantur, falsa sint omnino: quoniam Ænea veniente in Italiam nec Carthago erat, nec Dido. Ædificata est illa vrbs ante Romam annis circiter LXX. Æneas ante conditam Romam CCCC. annis, & ampliùs in Italiam venit. Fuit autem Dido mulier castissima, quæ ferrum sibi in pectus adegit, spectanteque populo in rogum se coniecit ideo, ne Iarbae Getulorum, seu Mauritanæ regi contra datam Sichæo marito fidem nubere cogeretur: siquidem ille precibus, & minis vehementer instabat. Iustin. lib. 18. in extremo. Testis item Tert. exhortat ad castitatem, cum de monogamia, seu vniuiratu loquitur, vt quidem ipse nominat, & de mulieribus vniuiris. Erunt, inquit, nobis in testimonium & faminae quædam sæculares, ob vniuiratus obstinationem, famam consecutæ, vt Dido, quæ profuga in alieno solo, vbi nuptias regis vltro optasse debuerat, ne tamen secundas experiretur, maluit è contrario vri, quam nubere. Augustin. quoque lib. Confess. 1. cap. 3. mendacium vocat. Adi item, si otium est, Macrob. Saturnal. lib. 4. cap. 19. Ausonius nomine Didus hanc insignem iniuriam sibi à Marone impositam his versiculis queritur.

*Illæ ego sum Dido, vultu quam conspicias hospes,
Assimulata modis pulchraq; mirificis.
Talis eram, sed non, Maro quam mihi finxit, erat mens
Vita nec incestis lata cupidinibus.
Namq; nec Æneas vidit me Troius vnquam,
Nec Libyam aduenit classibus Iliacis.
Sed furias fugiens, atq; arma procacis Iarbae,
Seruauit, fateor, morte pudicitiam.
Pectore transfixo, casto quod pertulit ense,
Non furor, aut laso crudus amore dolor.
Sic cecidisse inuat: vixi sine vulnere fama,
Vltæ virum, positis manibus oppesij.*

Inuida

*Inuida cur in me stimulaſti Muſa Maronem,
 Fingeret ut noſtra damna pudicitia?
 Vos magis hiſtoricis lectores credite de me,
 Quam qui furta deum, concubitusq; canunt.
 Falsidici vates, temerant qui carmine verum,
 Humanisq; deos aſſimulant vitijs.*

Hæc Aufonius ex epigrammate græco, ſed more ſuo, id eſt liberius. Inuenies tranſlatum quoque ab Angelo Bargæo. Marull. eodem his verſiculis collimauit.

*Nec mihi Phryx nocuit, nec enim Phryga nouimus
 Cura ſed antiqui caſta, tenaxq; tori. (vllum,
 Quam ne coniugio Libyci violare tyranni
 Cogeret, hac cecidi fortiter uſa manu.
 At vos ô vates, ſi ſunt hæc premia laudi,
 Qua feret inceſti ſcæmina adulterij?*

IRIS CROCEIS PER CÆL. ROS. PENNIS)
 Irim Thaumantis filiam fabulantur poætæ. Nihil enim omnium, quæ in locis ſuperis naturæ vi, & ingenio procreantur, vel ſpectatu mirabilius, vel obſeruatū di-

Agnius hoc arcu. De quo lege Plinium, Senecam, Ariſtotelem.

SVPRA CAP. ASTITIT) ſic lib. I. *Tum mihi cæru-
 leus ſupra caput aſtitit imber.*

DITI SACRVM IVSSA FERO) Crinem fatalem Plutoni dicatum eſſe credidit antiquitas. Euripid. in Bacchid. vnam illarum huius crinis mentionem ſic facientem inducit.

Γεεὸς ὁ πλόκμος, τῷ θεῷ αὐτὸν τρέφω.

Sacer capillus eſt, deo ipſum nutrio.

Nafcimbæn.

DILAPSVS CALOR, ATQ. IN VENT. V. RECESS.)

Secundum eos, qui dicunt animam calorem, ſeu igne eſſe, quo recedente, corpus friget, vnde frigentes pro mortuis. *Vita*, anima. Lucret. lib. 6. *Quemq; ſibi tenues naſcentem accerſere vitas.* Et dicendo *in ventos*, aut eos ſequitur, qui animam aërem dicunt, eamq; in materiam ſuam redire ſignificat: aut certe eos, qui dicunt animam perire cum corpore, vt intelligamus, euanuit. Seruius.



SYMBOLARVM

IN P. VIRGILIVM MARONEM LIBER X.

Ad quintum Aeneidos.

SYNOPSIS.



Prouenti iam in altum Troiani, cum (vt ſolent, qui ſeu terra, ſeu mari iter habent, conuertere ſeſe, locaque à quibus abierunt, quaſi denuo ipſis valedicentes reſpectare) ad Carthaginem, vnde ſoluerant, oculos retorquerent, viderunt ingens ibidem ad cælum ferri incendium, ſuſpicatiq; ſunt, id quod res erat, Reginam præ doloris impatientia in ro- gum inſiluiſſe. Vltrà iam curſu delatis, turbidiſſima tempeſtas com- mouetur. Palinurus gubernator in tanta ventorum rabie, procellaq; ad Italiæ littus ſe appellere nauim poſſe neutiquam conſidit, vel potiùs omnino deſperat: ſatiùs ſibi videri, vti eò tendant, quò venti vrgeant, ad Siciliam nimirum. Gratum id conſilium Æneæ, propterea quòd & Aceſtes ibi regia cum po- teſtate præerat, amicus Troianorum, & eadem in inſula parentis Anchisæ tumulus, cui anniuer- ſaria cerimonia parentandi occaſio præberetur. Deſcendentibus in terram Rex ſe obuiam fert, ſumma eos humanitate, & benignitate accipit. Poſtera luce Æneas ſocios cogit: quid ſibi de ſacris Anchisæ faciendis potiſſimum placeat, exponit: boues Aceſten ſuppeditaturum promittit: ludo-

K*

rum